This is a digital copy of a book that was preserved for generations on library shelves before it was carefully scanned by Google as part of a project to make the world's books discoverable online.

It has survived long enough for the copyright to expire and the book to enter the public domain. A public domain book is one that was never subject to copyright or whose legal copyright term has expired. Whether a book is in the public domain may vary country to country. Public domain books are our gateways to the past, representing a wealth of history, culture and knowledge that's often difficult to discover.

Marks, notations and other marginalia present in the original volume will appear in this file - a reminder of this book's long journey from the publisher to a library and finally to you.

Usage guidelines

Google is proud to partner with libraries to digitize public domain materials and make them widely accessible. Public domain books belong to the public and we are merely their custodians. Nevertheless, this work is expensive, so in order to keep providing this resource, we have taken steps to prevent abuse by commercial parties, including placing technical restrictions on automated querying.

We also ask that you:

+ *Make non-commercial use of the files* We designed Google Book Search for use by individuals, and we request that you use these files for personal, non-commercial purposes.
+ *Refrain from automated querying* Do not send automated queries of any sort to Google's system: If you are conducting research on machine translation, optical character recognition or other areas where access to a large amount of text is helpful, please contact us. We encourage the use of public domain materials for these purposes and may be able to help.
+ *Maintain attribution* The Google "watermark" you see on each file is essential for informing people about this project and helping them find additional materials through Google Book Search. Please do not remove it.
+ *Keep it legal* Whatever your use, remember that you are responsible for ensuring that what you are doing is legal. Do not assume that just because we believe a book is in the public domain for users in the United States, that the work is also in the public domain for users in other countries. Whether a book is still in copyright varies from country to country, and we can't offer guidance on whether any specific use of any specific book is allowed. Please do not assume that a book's appearance in Google Book Search means it can be used in any manner anywhere in the world. Copyright infringement liability can be quite severe.

About Google Book Search

Google's mission is to organize the world's information and to make it universally accessible and useful. Google Book Search helps readers discover the world's books while helping authors and publishers reach new audiences. You can search through the full text of this book on the web at `http://books.google.com/`

Lp
26
980

Sept 26. 1880

Harvard College Library

THE GIFT OF

STEPHEN SALISBURY,

OF WORCESTER, MASS.

(Class of 1817.)

30 March, 1895.

6097

SYNTAXIS PLAUTINA.

ENUNTIATIONES RELATIVÆ.

ENUNTIATIONES CONJUNCTIONALES.

PARATAXIS.

SCRIPSIT

SVEN TESSING.

VENERSBORG 1892.
BAGGE OCH PETTERSON.

Sp 26.980

HARVARD
MAR 20 1905
LIBRARY

Salisbury fund.

In hoc libro conscribendo elaboravi, ut, quas mihi proposui res ad tractandum, de iis dilucide et distincte disputarem, spectans, ut, si quis perlegeret librum meum. et brevi tempore et sine nimio labore Plautinum enuntiationum relativarum et conjunctionalium usum accurate cognosceret et, quid maxime interesset de ea re inter Plautum et ceteros scriptores, videret. Quam ob rem de ipsis legibus sermonis quam brevissime disputavi, exemplorum magnam attuli multitudinem. Non raro alios scriptores cum Plauto comparavi aut diserte verbis aut exemplis allatis.

Quum alias adii editiones tum

T. Macci Plauti *Fabularum reliquiæ ambrosianæ* codicis rescripti ambrosiani apographum confecit et edidit G. Studemund. Berolini 1889.

In exemplis afferendis has adhibui editiones:

Fleckeisen: Amphitruo (Amph.), Captivi (Capt.), Miles gloriosus (Mil.), Rudens (Rud.), Trinummus (Trin.), Asinaria (As.), Bacchides (B.), Curculio (Curc.), Pseudulus (Ps.), Stichus (St.). *Ritschl:* Mostellaria (Most.). *Ritschl (Loewe, Goetz, Schoell):* Aulularia (Aul.), Casina (Cas.), Epidicus (Ep.), Mercator (Merc.), Poenulus (Poen.). *Spengel:* Truculentus (Truc.). *Brix:* Menaechmi (Men.). *Weise:* Cistellaria (Cist.), Persa (Pers.).

Allegavi lectores ad hos grammaticos:

Madvig, Latein. Sprachl. Braunschweig 1857.
Kühner, Ausführl. Gramm. der lat. Spr. Hannover 1878.
Lattmann-Müller, Kurzgef. Lat. Gramm. Göttingen 1890.
Dræger, Hist. Synt. der Lat. Spr. Leipzig 1881.
Zander, Latinsk Språkl. Lund 1891.
Schultz, Lat. Sprachl. Paderborn 1874.

Summarium.

Enuntiationes relativæ . . . . . p. 1—16.
De correlato ponendo . . . . . p. 1—3.
De omittendo correlato . . . . . „ 3—5.
De correlati attractione . . . . . „ 5—8.
De adjunctione relativa . . . . . „ 8.
De sententiæ relativæ cum alia sententia confusione . . „ 9.
De copulandis inter se sententiis relativis . . . . . „ 10.
De significatione enuntiationum relativarum . . . . . „ 11—16.
Quippe, præsertim, utpote, ut . . . . . „ 15—16.
Enuntiationes explicativæ . . . . . „ 16—20.
Quod expl. . . . . p. 16—18.
Quom expl. . . . . „ 19—20.
Enuntiationes causales . . . . . „ 20—26.
Adverbiales enunt. caus. . . . . p. 20—24.
Objectivæ enunt. caus. . . . . „ 24—26.
Enuntiationes consecutivæ . . . . . „ 27—32.
Adverbiales enunt. consec. . . . . p. 27.
Objectivæ enunt. consec. . . . . „ 28—30.
Finales enunt. consec. . . . . „ 30—32.
Ellipticæ enunt. consec. . . . . „ 32.
Enuntiationes finales . . . . . „ 33—43.
Adverbiales enunt. fin. . . . . p. 33—34.
Parentheticæ enunt. fin. . . . . „ 35.
Ellipticæ enunt. fin. generis adverbialis . . . . . „ 35.
Objectivæ enunt. fin. . . . . „ 36—40.
Ellipt. enunt. fin. generis objectivi . . . . . „ 40.
Quin, quo, qui . . . . . „ 40—43.
Enuntiationes condicionales . . . . . „ 43—54.
De modis atque temporibus . . . . . p. 43—50.
Si, nisi, nisi si, nisi tamen, nisi forte, ni, dum, dum ne, dum modo, absque . . . . . „ 50—54.
Enuntiationes concessivæ . . . . . „ 54—57.
Enuntiationes comparativæ . . . . . „ 57—65.
Ut . . . . . p. 57—61.
Sicut, velut, præut . . . . . „ 61—62.
Quam, præquam, quasi, atque . . . . . „ 62—65.
Quo modo, quem ad modum, quo pacto, quanto, quo, qualis, quantus, quot, non alius nisi . . . . . „ 65.
Condicionales enunt. compar. . . . . . „ 66—67.
Enuntiationes temporales . . . . . „ 67—81.
Postquam, ubi, ut . . . . . p. 67—71.
Quom . . . . . „ 71—76.
Quando, simul ac, dum, donec, priusquam . . . . . „ 76—81.
Parataxis . . . . . „ 82—90.

Enuntiationes relativæ.

I. De correlato.

A. De correlato ponendo.

1. Sententia relativa sequitur primariam sententiam. Correlatum est

a. **Pronomen** demonstrativum, personale, raro possessivum (exempla sunt apud Plautum circa 550[1].

Mil. 713 *ille* miserrumum se retur, minumum *qui* misit mihi; Amph. 618 Sosia *ille* (me prohibuit), *quem* jam dudum dico, *is*, *qui* me contudit; Ps. 188 *te*cum ago, *quæ* amica's frumentariis; As. 227 *tua* ista culpast, *quæ* discipulum semidoctum aps te amoves.

b. **Substantivum** (circa 550).

Mil. 368 *oculis* carebis credo, *qui* plus vident quam quod vident.

c. **Substantivum, cui est attributum pronomen demonstrativum** (circa 150).

Amph. 292 quis *hic* est *homo*, *quem* ante ædis video hoc noctis?

2. Sententia relativa antecedit. Correlatum est

a. **Pronomen** demonstrativum (*is*, raro hic, ille), nonnumquam personale (exempla sunt plura quam 100).

Capt. 493 consilium *qui* iniere, quo nos victu et vita prohibeant, *is* (= iis) diem dicam; Rud. 403 ego *quod* mihi imperavit sacerdos *id* faciam; Amph. 817 quid ego tibi deliqui, si *quoi* nupta sum *tecum* fui?

b. **Substantivum** (plus 20 exempla).

Pers. 4, 6, 12 mandatæ *quæ* sunt, volo deferre *epistolas;* Ep. 17 *qui* varie valent, *caprigenum hominum* non placet mihi — genus; Rud. 963 vidulum istum *quojus* est novi ego *hominem;* Truc. 1, 2, 48 *qui* arari solent, ad *pueros* ire meliust; Amph. 419 Pterela rex *qui* (= qua) potitare solitus est *patera aurea* (data est); As. 70 *quam* amabam abduxit ab lenone *mulierem;* Ps. 108 utinam *quæ* dicis *dictis* facta suppetant; B. 42 me orat sibi qui caveat *aliquem* ut *hominem* reperiam; *Cic.* Att. II. 57, 2, *quod* verissimum nobis videbitur, tibi *consilium* dabimus.

c. **Substantivum, cui est attributum pronomen demonstrativum** (2 exempla).

Amph. 190 *quod* multa Thebano poplo acerba objecit funera, *id* vi et virtute militum victum *oppidumst;* Merc. 499.

Similia quodam modo hæc sunt exempla: Curc. 250 *quod* eis respondi (= quam dixi), *ea* omnes stant *sententia;* Poen. 833 *qui* habet quod det, utut homost, *omnia genera* recipiuntur (= is homo recipitur).

---

[1] Hi numeri nituntur in subductionibus Bertelsmannii ("Über die verschiedenen formen der correlation in der structur der relativsätze des ältern Latein." Jena 1885.)

3. Sententia relativa interponitur. Correlatum est

a. **Pronomen** demonstrativum, personale (plus 120 exempla).

Mil. 572 etiam *illut, quod* scies, nesciveris; Ps. 157 *tu qui* urnam habes, aquam ingere.

b. **Substantivum** (supra 50 exempla).

St. 274 *Mercurius*, Jovis *qui* nuntius perhibetur, numquam æque patri suo nuntium lepidum attulit, quam ego nunc meæ nuntiabo eræ.

c. **Substantivum, cui est attributum pronomen demonstrativum.**

α. *Præmittitur et correlatum et attributum ejus* (circa 25 exempla).

St. 49 neque ille *eos honores* mihi, *quos* habuit, perdidit; Amph. 1103 *puer ille, quem* ego lavi, ut magnust;

β. *Raro ita præmittitur attributum, ut correlatum non præmittatur;*

Rud. 938 dum *hanc* tibi, quam trahis, *rudentem* conplico; Ep. 171 qua ex tibi conmemores *hanc*, quæ domist, *filiam* prognatam.

Adnotatio 1. Post relativam sententiam correlatum potest ***revocari in memoriam pronomine*** demonstrativo *(is*; cfr Madv. § 489 a).

a. Correlatum et pronomen demonstrativum ponuntur ***in uno et eodem casu*** et quidem sæpius ***in eo, quo pronomen relativum.***

Trin. 17 *senes qui* huc venient *i* rem vobis aperient; Cas. 223 *fel quod* amarumst *id* mel faciet; Most. 858, St. 120. — Men. 678 *pallam illam, quam* tibi dudum dedi, mihi *eam* redde; Ps. 269 *deos* quidem, *quos* maxume æquomst metuere, *eos* minumi facit; Trin. 116; — Men. 166 *id* enim, *quod* tu vis, *id* ajo atque id nego; Ps. 430; — Cas. 655 tua *ancilla, quam* tu tuo vilico vis dare uxorem, *ea* intus; St. 10 crucior *patrem* tuum meumque adeo, *qui* unus — probus perhibetur, *eum* nunc inprobi viri officio uti; B. 385 ita esse arbitror: *homini* amico *quist* amicus ita uti nomen possidet, nisi deos *ei* nil præstare; — As. 527 *illos qui* dant *eos* derides; *Ter.* Ad. 23 *senes qui* primi venient *ei* partem aperient; Haut. 131; Cic. Att. I, 82, 6 interea *cursus quos* prima a parte juventæ — petisti *hos* retine.

b. Correlatum ***non ponitur in eo casu, quem postulat ratio grammatica.***

α. Correlatum sæpius ponitur *in eodem casu, quo* pronomen relativum.

Most. 1046 *ostium quod* in angiportust, *ejus* patefeci foris; 250 *mulier quæ* se suamque ætatem spernit, speculo *ei* usus est; Curc. 288 *isti Græci* palliati capite operto *qui* ambulant — *eos* si offendero; Ps. 528 *tibicinam* illam tuus *quam* gnatus deperit, *ea* circumducam lepide lenonem; As. 436 *vina quæ* heri vendidi vinario, jam *pro is* satis fecit Sticho? Poen. 644 *hunc chlamydatum quem* vides, *ei* Mars iratust; Aul. 733, Men. 57, Capt. 111; — Poen. 769 *hi qui* illum conciliaveruut mihi, id nunc *eis* cerebrum uritur; Mil. 765 *id quod* agitur, *huice* primum prævorti decet; Rud. 252; 1291 *ego qui* in mari prehendi rete, *ei* dare negatis quicquam; Ps. 855 nunc adeo *tu, qui* meus es, jam edico *tibi*; — Trin. 985 quia *illum quem* ementitu's, *is* ego sum ipsus Charmides; Truc. 4, 2, 32 *illis quibus* invidetur, *i* rem habent. *Ter.* Eun. 524 *(illa quæ — eam); Cic.* Att. II. p. 32, 17, *arma quæ* missuri eratis, *eis* censeo armetis milites.

β. Raro *in diversis casibus* correlatum et pronomen relativum ponuntur. Ep. 160 *plerique homines, quos* quom nil refert pudet, quom usust ut pudeant, ibi *eos* deserit pudor.

Adnot. 2. Raro fit, ut ***substantivum*** quoque ipsum ***iteretur.*** Mil. 140 unum *conclave* concubinæ quod dedit miles — *in eo conclavi* ego perfodivi parietem.

Adnot. 3. Nonnumquam ***correlatum in alio*** ponitur ***casu, ac postulat ratio grammatica, ita ut*** tamen ***neque ipsum*** iteretur ***neque pronomine*** revocetur in memoriam. Correlatum et pronomen relativum in uno eodemque casu ponuntur.

Aul. 701 *pici* divitiis *qui* aureos montes colunt, ego solus *supero;* As. 621; Amph. 1009 *Naucratem quem* convenire volui, in navi non *erat;* B. 935; Men. 312 *nummum illum* (= nummo illo) *quem* mihi dudum pollicitu's dare, jubeas, si sapias, porculum adferri tibi; — Trin. 137 *ille qui* mandavit,[1] *exturbasti* ex ædibus; Rud. 1241 *ille qui* consulte, docte atque astute cavet, diutine uti[2] bene *licet* partum bene; Curc. 419 set *istum quem* quæris, ego *sum;* Ep. 329 quid illum facere tis, qui, *tibi* (= te) *quoi* divitiæ sunt maxumæ, ais nummum nullum *habere? Ter.* Eun. 653 *eunuchum quem* dedisti nobis, quas turbas *dedit! Virg.* Aen. 1,573 *urbem quam* statuo, vestra *est.*

Adn. 4. Quod apud ceteros scriptores sæpissime fit, ut, quum pronomen relativum ad ***enuntiationem vel sententiam*** refertur, forma neutralis **quod** (= ngt som) adhibeatur, ejus usus pauca sunt apud Plautum exempla.

a. **Quod** ***refertur ad ea, quæ antecedunt:***

Pers. 5, 2, 10 quem pol ego in cruciatum cogam, si vivam, siquidem herus redierit, *quod* spero; Most. 428 ludos ego hodie vivo præsenti huic seni faciam: *quod* credo mortuo numquam fore; Amph. 461 nisi etiam is quoque me ignorabit, *quod* ille faxit Juppiter (sc. ut me ignoret), uti ego hodie raso capite calvos capiam pileum; 996; Poen. 1183.

b. ***Ad ea, quæ sequuntur:***

Trin. 813 tum, *quod* maxumumst, adferre, non se petere hinc dicet; 416 sero atque stulte, prius *quod* cautum oportuit, postquam comedit rem, post rationem putat (*quod = rationem putare):* Poen. 1370. ***Etiam rarius*** **id quod** ***adhibetur*** (cfr Zander, § 67 anm. 1.): Capt. 591 pergin servom me exprobrare esse, *id quod* (sc. *ut servus fierem)* vi hostili optigit? Trin. 1058 sum insipientior qui rebus curem puplicis potius quam, *id quod* proxumumst, meo tergo tutelam geram.

Quæ res eodem fere modo usurpatur in formula optativa ***quæ res bene vortat:***

a. ***Refertur ad ea, quæ sequuntur:*** Capt. 361 *q. r. b. v.* mihi meoque filio vobisque: volt te novos erus operam dare tuo veteri domino; Aul. 787 nunc, *q. r.* tibi et gnatæ tuæ *bene feliciterque vortat:* ita di faxint, inquito; Curc. 729; Pers. 3, 1, 1;

b. ***Ad ea, quæ antecedunt*** As. 2 hoc agite sultis, spectatores, nunc jam: *quæ* quidem mihi atque vobis *res vortat bene;* Curc. 273.

B. De omittendo Correlato.

1. Correlatum est infinitum (pron. determinativum infinitum vel pron. indefinitum).

a. **Correlatum sæpissime omittitur, quum sententia relativa aut incipit ab indefinito pronomine relativo aut in conjunctivo posita finalem vel consecutivam vim habet.**[3]

Men. 717 omnia mala ingerebat, *quemquem* aspexerat; As. 429 dedi operam, dum reperiam, *qui quæritet* argentum in faenus; Trin. 339 de mendico male meretur qui ei dat, *quod edit* (= edat) aut *bibat;* Rud. 1380 cedo *quirum habeam* judicem;

Adnot. Fit nonnumquam, ut ***ponatur pronomen determinativum*** vel ***indefinitum;*** Mil. 460 quemque (= quemcunque) hic videro, *eum* optruncabo; Amph. 860; Rud. 211 saltem *aliquem* velim, qui mihi ex his locis viam monstret; B. 1065 da *aliquem,* qui me servet; Capt. 473 *eos* requirunt, qui, lubenter quom ederint, reddant (kunna bjuda igen) domi.

---

[1] Fleckeisen. interponit ***eum.***

[2] Fleck. interp. ***ei.***

[3] Chr. Cavallin. Nord. Tidskr. for filol. og pædag. N. R. 1. (1874) p. 266 sqq.

b. **Correlatum sæpe omittitur, quum in nominativo aut in accusativo aut in eodem, quo pronomen relativum, casu positum esse cogitatur.**

Rud. 923 qui dormiunt lubenter, sine lucro et cum malo quiescunt; Amph. 977 audis quæ dico, tametsi præsens non ades; Mil. 897 en tibi adsunt quas me jussisti adducere; Amph. 652 omnia adsunt bona quem penes est virtus.

De qua supra (a, b) diximus ratione omittendi correlatum, ea apud omnes latinos scriptores usurpari solet (cfr Madv. § 321). Plautus autem multo majore utitur libertate; nam

c. **Correlatum omitti potest, quum ipsum auditur in genetivo, dativo, ablativo ac pronomen relativum in accusativo vel nominativo ponitur.**

Amph. 318 exossatum os esse oportet (sc. *ejus), quem* probe percusseris; Rud. 1322 quid dare velis (sc. *ei), qui* istæc *tibi* investiget indicetque? B. 995 euge literas minutas. — *qui* quidem (= *ei* quidem *qui*, ja för den, som) videat parum: verum *qui* satis videat, (sc. *ei)* grandes satis sunt; Curc. 590, 681; Mil. 355 cedo vel decem, edocebo minume malas, ut sint malæ, mihi solæ *quod* superfit[1] *(med det, som* är till öfvers för mig ensam); Mil. 1077 meri bellatores gignuntur (sc. *ex iis), quas* hic prægnates fecit.

d. **Sententia relativa ita adnecti potest, ut, nullo addito cogitatione correlato, vim condicionalis recipiat sententiæ, cujus subjectum sit infinitum.**

As. 323 ista virtus est, quando ussust, *qui* (= *si quis)* malum fert fortiter; Men. 966 spectamen bono servo id est, *qui* rem erilem procurat; Aul. 489 namque hoc *qui* dicat: quo illæ nubent divites dotatæ, si istud jus pauperibus ponitur? quo lubeat nubant, dum dos ne fiat comes *(om ngn* säger —, så [vill jag svara:] må de gifta sig med hvem de behaga); Ter. 608.

2. Correlatum certam significat vel personam vel rem.

a. **Correlatum auditur in primaria sententia.**

Pers 4, 3, 9 nec metuo, *quibus* credidi hodie, ne quis (sc. *eorum)* mi in jure abjurassit; Capt. 574 ad patrem hujus. — quem patrem (sc. *ejus* hvad menar du med fadern till den), *qui* servos est? Ep. 574 egone osculum huic dem? — quor non (sc. *ei), quæ* ex te nata sit? Mil. 1009 utinam, *quojus* causa huc sum egressa, conveniundi mihi potestas evenat; St. 142 persequimur: nam *quo* dedisti nuptum, (sc. *inde)* abire nolumus; *Ter.* Hec. 276, 547.

b. **Correlatum inest in sententia audienda ex antecedente periodo et quidem sæpius ex verbis alienis.**

Rud. 1310 *Gripus:* ecquid meministi in vidulo, qui periit, quid ibi infuerit? *Labrax:* quid refert (sc. *quid in eo vidulo* infuerit), *qui* periit tamen? Trin. 905 novistine hominem? — *Sucophanta:* ridicule rogitas (sc. *norimne eum), quicum* una cibum capere soleo; Mil. 983 *Pyrg.* placet ut dicis. set enim ne istam amittam et hæc mutet fidem, vide modo. *Pa.* Vah delicatus: *quæ* te tamquam oculos amet (sc. *ea mutet fidem?);* Rud. 654 *Dæ.* edepol infortunio hominem prædicas donabilem. *Tr.* (sc. *est sane infortunio donabilis) qui* sacerdoti scelestus faucis interpresserit *(ja visst är han det, den uslingen, som* —); Amph. 772 *Am.* illut miror maxume, si hæc habet pateram illam. *So.* an etiam id credis *(sc. hanc habere illam pateram), quæ* in hac cistula tuo signo opsignata fertur? Men. 379; *Ter.* Ad. 402, Haut. 684, Eun. 212.

Ad hoc genus (2 b) sunt referendæ ejus modi **sententiæ,** quæ **et relativæ** adhærescente semper fere pronomini relativo particula *ne [quine (quin), quæne (quen), quodne, quemne, quamne]* **et interrogativæ** sunt ac spectant **ad respondendum verbis antecedentibus** (cfr Aubert Nord. tidsk. for filol. og. pædag. 1859, 116 sqq). **Sententia relativa,** quæ significat, cur is, qui interrogat, aut affirmet (ne = nonne) aut neget (ne = num) aliquid verum esse, **et in indicativo et**

[1]) Codd. cfr Cav. in libro, quem supra commemoravi, p. 265.

in conjunctivo poni potest. Verba antecedentia, e quibus eruenda est sententia interrogativa, aut affirmantis aut interrogantis sunt.

Mil. 11 tam bellatorem Mars se haut ausit dicere neque æquiperare suas virtutis ad tuas. *Pyrg. quemne (= dicisne eum, quem)* ego servavi in campis Gorgonidoniis?[1] Rud. 1230 æquom videtur tibi ut ego alienum quod est meum esse dicam? *Gr. quodne (= num id tuum est, quod)* ego inveni? Rud. 1017 non probare pernegando mihi potes, nisi pars datur aut ad arbitrum reditur aut sequestro ponitur. *Gr. quemne* ego excepi in mari *(eum tuum esse dicis)?* Most. 738, Ep. 719, Amph. 697; Curc. 705; Trin. 360 *quin* (= *eine qui*); Mil. 972 cupio hercle equidem, si illa volt. *Pa. quæn* (= *nonne ea volt* vel *dubitasne, num illa velit, quæ)* cupiat? Rud. 269 æquius vos erat candidatas venire hostiatasque: ad hoc fanum ad istunc modum non veniri solet. *Pa. quæne [= nosne* (hostiatas venire postulas) *quæ*, vel *num nos æquum est venire, quæ]* ejectæ e mari simus ambæ, opsecro? B. 331 set istic Theotimus divesnest? *Ch.* etiam rogas? *quine (= illene quem)* habeat auro soccis suppactum solum? Rud. 538, Merc. 573.

Adnot. 1. Nonnumquam ***et relativa sententia et illa, quæ antecedit, ejusdem est.*** Cist. 4, 1, 1 nullam ego me vidisse credo magis anum excruciabilem, quam illæc est: quæ dudum fassa est mihi, *quæne* inficias eat (= *nonne excruciabilis est, quæ inficias eat, quæ dudum fassa est mihi)?* 4, 2, 4 formido, si hera mea sciat tam socordem esse quam sum: *quamne (= eamne perdidi, quam)* in manibus tenui atque accepi hic ante ædis cistellam?

Adnot. 2. Sententia relativa ad finalem transire potest. Rud. 767 ignem magnum hic faciam. *Dæ. quine ut* humanum exuras tibi?

Adnot. 3. Ne encliticum nonnumquam ***omittitur.*** Ep. 699 da pignus, ni ea sit filia. *Pe. quam* negat novisse mater? Mil. 439.

Adnot. 4. Relativæ sententiæ interrogativi generis quem ad modum apud Plautum et Terentium (And. 769, Ph. 67, 923) frequenti in usu versantur, ita ***apud ceteros poetas rarissimæ*** sunt, ***in soluta*** vero ***oratione plane inusitatæ.*** Hor. Sat. 1, 10, 21 O seri studiorum, *quine* putetis difficile et mirum, Rhodio quod contigit? Catull. 64,180.

c. Neque in primaria sententia neque ex ea, quæ antecedit, periodo correlatum audiri potest ac **relativa sententia adnectitur similiter, ut si cnnjunctionalis sit sententia vel exclamantis.**

Amph. 730 quor igitur prædicas, te heri me vidisse, *qui* hac noctu in portum advecti sumus (= *quum ego et Sosia* — advecti sumus)? Mil. 405 nunc demum experior mi ob oculos caliginem opstitisse. *Pa.* dudum edepol planumst hoc quidem, *quæ (= quum ea*, Philocomasium) hic usque fuerit intus; Mil. 951 quin tu tuam rem cura potius quam Seleuci. *quæ (= ecce quæ)* tibi conditio nova luculenta fertur per me interpretem *(tänk, hvilket ovanligt och lysande anbud som göres dig!);* B. 622, Most. 561, Curc. 495; *Ter.* Ph. 1009 an quicquam hodiest factum indignius? *qui* mi, ubi ad uxores ventumst, tum fiunt senes *(sådana slynglar, som —)*.

C. De correlati in relativam sententiam attractione.

1. Sententia relativa antecedit.

a. Pronomen demonstrativum (*is*, ille, idem, omnes) ponitur in primaria sententia.

α. Pronomen demonstrativum et relativum *in uno eodemque casu* posita sunt: Curc. 531 *quoi* di sunt *homini* propitii, lucrum *ei* profecto objiciunt; Amph. 947 jube vasa adornari, ut *quæ* aput legionem *vota* vovi — *ea* ego ut exolvam *omnia;* Merc. 93 *quas merces* uexeram, *omnis*

[1]) cfr talia exempla, qualia sunt Amph. 434 *So.* tun negas med esse (Sosiam)? *Mc.* **quid ego ni negem,** qui egomet siem? — Ter. Ph. 992 non mihi respondes? *Ph.* **hicine ut tibi respondeat,** qui hercle ubi sit ipse nescit?

ut volui vendidi; Amph. 532 *qua nocte* ad me venisti, *eadem* abis; St. 58, Curc. 557, Men. 1138. *Ter.* Ph. 461, Hec. 73.

β. Pronomen demonstrativum in *alio casu ac relativum* ponitur: Pers. 1, 1, 7 *qui hero* suo servire volt bene servos servitutem, *illum* multa in pectore suo collocare oportet; Most. 416 efficiam, *quæ facta* hic turbavimus, ut liqueant *omnia;* Truc. 2, 1, 17 addecet *quemquem hominem* attigerit, *ei* aut malum aut dampnum dari; Cist. 2, 3, 67 medioxumam *quam* duxit *uxorem*, ex *eu* nata hæc est virgo; Amph. 402 *quod* mihi prædicas *vitium, id* tibist; Truc. 1, 1, 65, Mil. 73, Pers. 1, 3, 34, Cas. 1, 12. *Ter.* Eun. 57.

Adnot. 1. Nomen proprium in sententiam relativam nonnumquam ***attrahitur***, ita ut appositi munere fungatur: Rud. 9 quist imperator divom atque hominum *Juppiter* (näml. J.), is nos per gentis alium alia disparat; 1364.

Adnot. 2. Raro ***substantivum*** correlativum ***et in demonstrativa sententia et in relativa*** ponitur. Ps. 318 *qua opera* credam tibi, *una opera* (på samma gång, med detsamma) adligem canem fugitivam agninis lactibus; Trin. 305 *qui homo* depugnat — si animus *hominem* pepulit, actum est; cfr Mil. 1155 quod aput *nos fallaciarum* structumst, oppidum quodvis videtur posse expugnari *eis dolis.* Ter. Ad. 854 *cui rei* est, *ei rei* hunc sumamus diem; Cic. de Or. II, 248 quoscunque locos attingam — ex eisdem locis —; Verr. II, 5; II, 52; III, 80;

b. **Pronomen demonstrativum omittitur in sententia primaria.**

α. Pronomen demonstrativum auditur in casu pronominis relativi. Amph. 309 quisquis homo huc profecto venerit, (sc. *is*) pugnos edet; Pers. 4, 3, 1 cui homini dii propitii sunt, aliquid objiciunt lucri; Ps. 825 quas herbas pecudes non edunt, homines edunt; Merc. 978 quibus est dictis dignus, usque oneremus ambo; Curc. 380, Mil. 160; *Ter.* Hec. 820, Eun. 449. *Cic*, Att. 1, 172, 2; 1, 114, 2.

β. Pron. dem. auditur in alio casu ac ponitur pron. rel. Aul. 595 qui pueri nare discunt, (sc. *eis*) scirpea induitur ratis; 589 qui ero ex sententia servire servos postulat in erum matura, in se sena condecet capessere; Men. 1129 quod tibi nomen est, fecit mihi; *Ter.* Hec. 311, Ad. 593; *Cic.* pro Sull. 33 quæ prima innocentis mihi defensio est oblata, suscepi.

2. Relativa sententia sequitur.

a. **Ponitur in primaria sententia pronomen demonstrativum.**

α. Pron. demonst. in eodem casu ponitur ac pron. rel. et nomen: Cist. 1, 2, 1 idem mihi, magnæ quod parti est vitium mulierum; Curc. 170 *ipsus* se excruciat *qui homo* quod amat videt nec potitur dum licet; Poen. 193 *hoc* primum agamus *quod consilium* cepimus; 823 satis spectatumst deos atque homines *ejus* neclegere gratiam, *quojus hominis* erus est consimilis;

β. Pronomen demonstr. non in eodem casu ac pronomen relativum et nomen ponitur: Truc. 2, 2, 20 pignus da, ni ligneæ *hæ* sint *quas* habes *Victorias;* Poen. 449 di *illum* infelicent omnes, *qui* post hunc diem *leno* ullam Veneri immolarit hostiam; Rud. 76 eas fluctus ferunt ad villam *illius*, exul *qui* ibi habitat *senex;* —

Adj. pro demonstrativo pronomine: Capt. 179 emptum, nisi qui *meliorem* adferet *quæ* mi atque amicis placeat *conditio* magis; Liv. 1, 12 toto, quantum foro spatium est (= toto spatio).

Adnot. 1. Raro ***Substantivum correlativum et in primaria sententia et in relativa ponitur.*** Merc. 100 ad me advenit *mulier, qua muliere* alia nullast pulcrior; Ep. 41 est *causa, qua causa* simul mecum ire veritust; *Ter.* Haut. 20; Hec. 10; *Caes.* b. g. 1, 6 *itinera duo, quibus itineribus; Cic.* Verr. 1, 9, 26 *illam legem — qua lege;*

Synonymon, ut ajunt nostri, in sententia relativa *pro correlativo pronomine:* Cas. 257 *servo* des — *quoi homini* nummus non est; *Ter.* And. 837 *ea causa, quam ob rem;* Hec. 695.

b. **Omittitur pronomen demonstr. in primaria sententia.**

α. Pronomen demonstr. auditur in eodem casu, quo ponitur pronomen rel. et nomen: Aul. 460 facinus audax incipit *qui* cum opulento *pauper* coepit rem habere; Ep. 472 foras educite, *quam* introduxistis *fidicinam;* Trin. 838 satis partum habeo, *quibus ærumnis* deluctavi; Capt. 440 faciet *quæ* illum facere oportet *omnia;* Ps. 550; *Ter.* Ph. 399, And. 733.

β. Pronomen demonstr. non in eodem casu auditur, quo ponitur pronomen rel. et nomen: Curc. 433 oro — ut ei detur (sc. *ea*) *quam* istic emi *virginem;* Rud. 248 occupas præloqui *quæ* mist *oratio;* Cas. 975 quid fecisti scipione aut *quod* habuisti *pallium* (= *pallio quod*)? *Ter.* And. 3; *Cic.* Att. II, 122, 4.

3. Sententia relativa interponitur (raro).

Rud. 331 hanc, *quæ* proxuma est *villa* Veneris fano, pulsare jussisti; Eun. 119 cum illo, *quocum* tum uno rem habebam *hospite*, abii; *Cic.* Att. 1, 194 hanc ego, de republica *quam* institui *disputationem*, in Africani personam contuli.

Adnot. 1. Pronomen præmissum potest post relativam sententiam in memoriam revocari pronomine (plerumque **is**): Aul. 34 *hic qui* poscet eam sibi uxorem *senex is* adulscentis illius est avonculus; cfr Poen. 222 *binæ* singulis *quæ* datæ sunt *ancillæ*, *eæ* — dederunt.

Adnot. 2. In alio casu, ac postulat ratio grammatica, ponitur illud quod præmittitur pronomen. Ep. 448 *istum* quem quæris *Periphanem* Plothenium, *ego* sum; Rud. 1065 *illum* quem lenonem extrusisti, *ejus* vidulum hic habet; Curc. 296 *isti* qui ludunt servi — *omnis* subdam sub solum.

Adnot. 3. Qui patet latissime usus apud ceteros scriptores, ut ***correlatum, quod appositi fungatur munere aut sit superlativus, attrahatur*** in relativam sententiam, ejus sunt quidem apud Plautum nonnulla exempla. B. 214 Etiam Epidicum, *quam* ego *fabulam* (ett skådespel, som) æque ac me ipsum amo, nullam æque invitus (= invitissimus) specto, si agit Pollio; Capt. 474 ipsi opsonant, *quæ* parasitorum ante erat *provincia (en befattning, som* — vel *hvilket förut var parasiternas befattning);* Capt. 278 quo de genere gnatust illi Phillocrates? *Ph.* Polyplusio, *quod genus* (en familj, som) illist unum pollens atque honoratissumum; Cic. Fam. 13, 43, 1 negotia procurat Rufi, *quo* ego *uno equite* Romano familiarissime utor; Amph. 919 testem quem —; Merc. 227 ego nocte hac *quæ* præteriit *proxuma* in somnis egi; As. 521 quid ais tu, *quam* ego *unam* vidi *mulierem audacissumam?* Amph. 677; Sed tamen quæ est Plauti in verborum ordine libertas, ***non solum appositum correlativum sed fere quodvis enuntiationis relativæ vocabulum ante relativum ponere potest:*** Trin. 542 Surorum, *genus quod* patientissumumst hominum, nemo extat; Most. 623 videturne idoneus, danista qui sit, *genus quod* improbissumumst? — Liv. 1, 44, 4 *locus*, *quem*; 9, 29, 9 Potitii, *gens cujus;* Rud. 1171 bulla, *pater* quam dedit; Trin. 470 coena *popularem* quam vocant; Capt. 155 nullumne nanctu's, qui posset tibi *remissum* quem dixti imperare exercitum? Rud. 956 noram dominum *id* quoi fiebat; Trin. 548, 1038, As. 232.

Adnot. 4. Correlatum est exclamatio, cui adjuncta est quædam contemptus significatio. As. 421 sine me hunc perdere — *quoi* numquam rem me unam licet semel præcipere *furi*, quin centiens eadem inperem atque ogganiam; — som det aldrig är nog med att jag blott *en* gång ger föreskrifter om en och samma sak, *den tjufstryken!* nej, hundra gånger måste jag ge order och gurgla om detsamma. Aul. 64 metuo — ne persentiscat, aurum ubist absconditum: *quæ* in occipitio quoque habet oculos *pessuma*, hon, som också har ögon i nacken, *den leda käringen!* Rud. 655 infortunio homine prædicas donabilem. Tr. *qui* sacerdoti *scelestus* faucis interpresserit, (*den uslingen, som*); Trin. 163 perge porro proloqui. *Ca. quid* tibi ego dicam? *qui* illius sapientiam et meam fidelitatem et celata omnia paene *ille ignavos* funditus pessum dedit (Hvad skall jag säga dig? Han som så när i grund — *den odågan!* — förstört frukterna af sin fars klokhet och min trohet och förderfvat hela hemligheten).

Adnot. 5. Ablativum pronominis relativi Plautus raro conjungit ***cum comparativo ita, ut*** in nostro sermone ***respondeat superlativo conjuncto cum sententia relativa.*** Cas. 863 pervelim progrediri senem, *quo* senex *nequior* nullus vivit; Merc. 101 ecce ad me advenit mulier, *qua muliere* alia nullast *pulcrior* (*den allra skönaste som fins*); St. 368 conspicatus sum cercurum, *quo* ego me *majorem* non vidisse censeo; Most. 150; 30 *quo* nemo adæque — est habitus parcus (= *magis parcus*) nec *magis continens*, is nunc —; Capt. 828.

Adnot. 6. Talia exempla, qualia sunt: *quæ tua est prudentia, qua tu es prudentia (nihil te fugiet)*, quod genus apud ceteros scriptores usitatissimum est, ***apud Plautum non inveni.***

Adnot. 7. Sententiæ relativæ nomen prædicativum nonnumquam in primariam sententiam attrahitur. Ps. 460 decet *innocentem, qui sit* (= qui innocens sit), atque innoxium servom superbum esse aput erum potissumum; Amph. 711 salutare advenientem me solebas, appellare itidem ut *pudicæ* suos viros, *quæ sunt*, solent (= quæ sunt pudicæ); 458.

Adnot. 8. Pronomen relativum plurale ad correlatum singulare nonnumquam refertur: Curc. 494 egone ab lenone quicquam mancupio accipiam, *quibus* (sc. lenonibus) sui nihil est nisi una lingua, qui abjurant? Most. 561; Liv. XXII, 57 Cantilius, scriba pontificis, *quos* (sc. scribas pontificum) nunc minores pontifices appellant.

Adnot. 9. Quum correlatum ponitur, sententia relativa decuplo sæpius sequitur quam antecedit, sexuplo sæpius quam interponitur. Quum autem omittitur correlatum, relativa sententia ne duplo quidem sæpius sequitur quam antecedit.[1]

Quo sæpius loco, quo minus sæpe ponatur sententia relativa apud ***Plautum, Terentium, Ciceronem,*** his fere numeris ante oculos constitui potest:

Sententia relativa	sequitur,	antecedit,	interponitur
Plautus	7	2	1
Terentius	7	2	1
Cicero	7	1	2

II. De adjunctione relativa.

Ad primariam sententiam adjungendam artius iis, quæ antecedunt, quemadmodum apud ceteros scriptores, sic etiam apud Plautum pronomen relativum adhibetur **(qui = et is, nam is, sed is, is igitur).**

Amph. 1030 etiam quis ego sim me rogitas, ulmorum Acheruns? *quem* pol ego hodie — faciam ferventem flagris; B. 608 quid consilii dem meo sodali super amica, nesciam; *qui* iratus renumeravit aurum patri; Capt. 102 (*quod* quidem); Trin. 754, Men. 903; Merc. 262 aspicio mulierem, filius quam advexit matri ancillam suæ. *quam* ego postquam aspexi — amo; Cist. 4, 2, 4 petulantia mea me animi miseram habet, *quæ* in tergum meum ne (och att *den*) veniat, male formido; Trin. 754, Men. 903, 1138, Ep. 174, Truc. 1, 1, 40, B. 697; Ps. 137.

Adnot. 1. Pronomen ***relativum*** nonnumquam ***longo intervallo*** ab eo, ad quod pertinet, vocabulo, ***disjungitur*** (cfr Madv. § 448 anm. 1). Truc. 1, 1, 51 circum argentarias *lenones* scortaque adsident cottidie. ea nimiast ratio, quippe qui certo scio, foro plus scortorum esse jam quam pon-

[1] cfr Bertelsm. in libro, quem supra (p. 1.) attuli.

derum. *quos quidem*[1] quam ad rem dicam in argentariis referre habere — nescio; Aul. 189.[2]

Adnot. 2. Forma neutralis **quod** ***a pronominali vi ad conjunctionalem*** **(och, men)** nonnumquam transit: Ep. 310 ex armario decutio argenti tantum, quantum mihi lubet. *quod* (men) pol ego metuo, si senex resciverit, ne ulmos parasitos faciat; Trin. 217 *quod si* exqviratur —; Cist. 1, 3, 4 *quod si* tacuisset, tamen ego eram dicturus; Capt. 754 *quod apsque* hoc esset (men utan dennes hjelp) — me ductarent; ***Hic usus apud ceteros scriptores multo latius patet*** (cfr Madv. § 449): *Ter.* Ph. 155 *quod ni*, 157 *quod utinam*; Cic. Fam. XIV, 4, 1 *quod utinam* minus vitæ cupidi fuissemus!

III. De sententiæ relativæ cum alia sententia confusione.

Sententia relativa conjunctionalem (rarissime **relativam aut interrogativam) ita amplecti potest sententiam, ut pronomen relativum in eo casu ponatur, quem postulat ea, quæ includitur, sententia.**

A. Quæ notio pronomine relativo significatur ad utramque sententiam pertinet. Ep. 154 est Euboicus miles locuples, multo auro potens, *qui ubi* istam emptam esse scibit, te orabit, ut illam tramittas sibi; Ps. 725 callidum doctum, *qui quando* principium præhenderit, porro sua virtute teneat quid se facere oporteat; Amph. 586 sequere, erum qui sic ludificas dictis delirantibus: *qui* (du som) *quoniam* (sedan du) erus quod imperavit neglexisti persequi, nunc venis etiam ultro inrisum dominum; As. 720 opta id, *quod ut* contingat tibi vis; B. 540 multi more isto atque exemplo vivont, *quos quom* censeas esse amicos, reperiuntur falsi.

Adnot. Notio illa communis potest in relativa enuntiatione pronomine personali (possessivo) ***significari:*** As. 609 egon te (morti dedere opto)? *quam* si ego intellegam deficere vita, jam ipse vitam meam *tibi* largiar et de me ad *tuam* addam (cfr Schultz § 447 anm. 1).

B. Illa in pronomine relativo notio ad eam tantum, quæ includitur, enuntiationem pertinet. Trin. 492 nos homunculi scintillula animæ, *quam*[3] *quom* extemplo emisimus, æquo mendicus atque ille opulentissumus censetur censu ad Acheruntem mortuos; 621 difficilest reperiri amicum ita ut nomen cluet, *quoi* tuam *quom* rem credideris, sine omni cura dormias (så beskaffad, att du kan sofva, då —); Men. 760 res plurumas pessumas adfert (senectus), *quas si* autumem omnis, nimis longus sermost; Rud. 1238 in eas (transennas) esca inponitur, *quam siquis* avidus poscit escam avariter, decipitur in transenna avaritia sua; Capt. 97 quæ ædes lamentariæ mihi sunt, *quas quotiensquomque* conspicio, fleo; Men. 1138 jussi prandium adpararier clam meam uxorem: *quoi quam* pallam surrupui dudum domo, eam dedi huic; Truc. 1, 1, 51 *quos* quidem (lenones) *quam ad rem* dicam referre habere, nescio.

Adnot. In structura, quæ est: **quem qui sit nescio (novi, neque novi)**[4] pronomen relativum objectum ponitur verbi *nescio*, non subjectum sententiæ interrogativæ. Trin. 850 epistulas dicam ab eo homine me accepisse, *quem ego qui sit* homo *nescio neque novi;* 1141, Trin. 960.

[1] cfr Cæs. B. G. 1, 53, 6 ***quæ quidem*** res; Nep. 15, 2, 2 ***cui quidem*** sic fuit deditus.

[2] cfr Ep. 261 vos priores esse oportet, nos posterius dicere, qui plus sapitis;

[3] ***Stud.*** (cod. ambros.) ***satillum animæ qui quum.*** Brix: ***scintillulam animæ qui quom;***

[4] cfr Ps. 1212 neque ***istum*** Pseudulum mortalis ***qui sit novi neque scio;*** Trin. 973 ***scin*** tu ***illum***, quo genere gnatus sit? Men. 247 ego ***illum scio***, quam carus sit; Capt. 376, Trin. 698.

IV. De copulandis inter se sententiis relativis.

A. Duæ sententiæ relativæ, quæ ad correlatum unam eandemque habent rationem, conjunctione copulativa (et, que, atque) **inter se conjunguntur.**

Rud. 29 moneo vos, qui estis boni qui*que* ætatem agitis cum pietate et cum fide; Poen. 1246 prædicabo, quomodo furta faciatis multa quo*que* modo hujus filias apud vos habeatis servas; *Tres sententiæ:* Mil. 786 eam des, quæ sit quæstuosa, quæ alat corpus corpore, quoi*que* sapiat pectus; As. 150; cfr Kühn. § 156 20.

Adnot. 1. Pronomen relativum iteratur, si ratio ejus grammatica postulat alium casum in posteriore e sententiis relativis atque in priore. Tamen, ***si sententiæ relativæ per particulam* neque *disjunctæ sunt, fit nonnumquam, ut pronomen rel. in posteriore sententia audiatur ex priore*** (cfr Madv. § 323, a.): Amph. 566 id dicere audes, *quod* nemo umquam homo vidit *nec potest fieri?* 587 *quæ* neque fieri possunt *neque* fando umquam *accepit quisquam*, ea profers; 885 *quæ* neque sunt facta *neque ego* in me *admisi*, arguit; 425 quod solus feci *nec* (sc. cui) *quisquam* alius *adfuit;* Rud. 291 omnibus modis qui pauperes sunt homines miseri vivont, præsertim quibus nec quæstus est *nec* (sc. qui) artem *didicere* ullam; *Cic.* Off. 2, 7, 23, 2, 6, 21.

Adnot. 2. Pro relativo pronomine ponitur in posteriore sententia nonnumquam ***pronomen demonstrativum*** (is) aut ***personale,*** maxime post particulam **neque** (cfr Kühn. § 198, a; Lattman-Müller § 192). Trin. 1141 quem ego nec qui esset noram neque *eum* ante usquam conspexi prius; 850 dicam ab eo homine me epistulas accepisse, quem ego qui sit homo nescio neque novi neque natus necne fuerit *is*[1] solide scio; Poen. 624 quod certo scio nec fore nec Fortunam *id* situram fieri; Capt. 555 multos iste morbus homines macerat, quibus insputari saluti fuit atque (*is* = iis) profuit; Rud. 379 nos — quibus nec locust ullus nec spes parata, neque hoc quod vides amplius *nobis* quicquamst; Ep. 330 quid illum facere vis, qui, tibi quoi divitiæ sunt maxumæ, ais nummum nullum habere nec sodali tuo *in te* copiast? Ter. Ad. 306.

B. Omittitur autem conjunctio, quum diversa ratione referuntur ad correlatum sententiæ relativæ, ita ut altera sententia ad circumscribendam notionem adhibeatur aut significet actionem, qua adjuvetur alterius sententiæ actio, aut parenthesis modo ponatur, aut adversativa intersit ratio inter relativas sententias.

Mil. 1390 stat in statu senex, ut adoriatur moechum, *qui* formast ferox, *qui* omnis se amare credit *den öfver sin skönhet stolte* kurtisören, som tror —; Capt. 875 vidi tuum Stalagmum servom, *qui* aufugit (= *fugitivum)* domo, *qui* tibi subrupuit filiolum tuum; 939 postulo ut mi illum reddas servom, *quem* hic reliqueram (= *relictum)*, mihi *qui* melior quam sibimet fuit; Most. 355 ecquis homost, *qui* facere argenti cupiat aliquantum lucri (= *lucripeta)*, *qui* hodie sese excruciari meam vicem possit pati? Pers. 4, 1, 13 educe istas tabellas, *quas* consignavi (= *consignatas)* tibi, *quas* tu attulisti; Men. 397 dic quid est id, *quod* negem *quod* fecerim (= *quid est id factum quod negem)?* Ep. 268 fidicinam illam, *quam* is volt liberare, *quæ* illum conrumpit (= *corruptricem)* tibi, ulciscare; Trin. 268 sunt tamen, *quos* nimis misere maleque habeas, *quos* tibi obnoxios fecisti; Capt. 988, Rud. 78, Trin. 116, 949, Ep. 431, Amph. 364. — Ep. 373 parabo aliquam dolosam fidicinam, nummo conducta *quæ* sit, *quæ* se emptam simulet, quæ senes duo docte ludificetur *som är legd, men som skall låtsa sig vara köpt och på det sättet* —; Pers.

[1] sic Stud. (cod. amb. *it);* Fleck. *is fuerit id;* Brix. *necne fuerit, id;*

1, 3, 56 alium allegavero, *qui* vendat, *qui* esse se peregrinum prædicet *som skall sälja henne på det viset, att han utger sig för att vara främling;* — Rud. 80 adulescens huc jam adveniet, *quem* videbitis *(I skolen få se honom), qui* illam mercatust de lenone virginem; — Amph. 154 qui me alter est audacior homo, juventutis mores *qui* sciam, *qui* hoc noctis solus ambulem *(som känner till — men ändå —)?* 695 te ut deludam contra, lusorem meum, *qui* nunc primum te advenisse dicas, modo *qui* hinc abieris *(du som — churu —)?* 779 aspice huc tu, *qui* quæ facta infitiare, *quem* ego jam convincam palam *(du som — men som —).*

Adnot. 1. Hoc referendum non est id genus, quod est Ps. 179 ubi isti sunt, *quibus* vos oculi estis, *quibus* vitæ estis, *quibus* deliciæ, savia, mamillæ mellitæ *(Anaphora)?* cfr Kühn. § 198, b.

Adnot. 2. Adjectivo ita adjungi solet apud Plautum sententia relativa, ut non ponatur conjunctio copulativa (adversativa); cfr Kühn. § 194, 7. Ps. 386 ussust homine astuto docto scito et callido, *qui* insperata ecfecta reddat, non qui vigilans dormiat; Trin. 766 conducatur aliquis ignota facie, *quæ* non visitata sit; Ps. 725 malum callidum doctum, *qui* quando principium præhenderit, teneat quid facere oporteat; Rud. 315, 320, Trin. 1019; Mil. 530 similiorem mulierem magisque eandem, [tam][1] *quæ* non sit eadem, non reor deos facere posse.

Adnot 3. Disjungitur ab adjectivo sententia relativa per particulam **neque (nec):** Mil. 658 non invenies alterum lepidiorem ad omnis res *nec qui* amico sit amicus magis; As. 119 non esse servos pejor hoc quisquam potest nec magis vorsutus *nec quo* ab caveas ægrius; Capt. 346 nec quemquam fideliorem *neque quoi* plus credat potes mittere ad eum, *nec qui* magis sit servos ex sententia, *neque* adeo *quoi* concredat filium audacius; Capt. 467.

Adnot. 4. Sæpe fit, ut ***sententiæ relativæ*** alia alii ***multæ continuentur,*** ita ut ad suum quæque referantur correlatum: Cist. 4, 2, 48 quid ego heræ dicam, *quæ* me opere tanto servare jussit, *qui* suos Silenium parentes facilius posset noscere, *quæ* heræ meæ supposita parva est, *quam* quædam meretrix ei dedit? Amph. 534.

V. De significatione enuntiationum relativarum.

A. Sententiæ relativæ et simplices et universales per se in indicativo ponuntur. Amph. 292 quis hic est homo, quem ante ædis *video* hoc noctis? 454 vi me cogis, quisquis *es;*

B. Finales sententiæ relativæ; in **conjunctivo** ponuntur.

Most. 1127 ego sum orator datus, *qui* a patre ejus *conciliarem* pacem; Trin. 15 dedi ei meam gnatam, *quicum* egestatem *exigat;* As. 336 is argentum huc remissit, *quod daretur* Saureæ pro asinis; Amph. 951 Blepharonem arcessat, *qui* nobiscum *prandeat;* Mil. 1191 illi dicam, ut *me* adjutorem, *qui* onus *feram* ad portum, roget; Trin. 1101 thensaurum ecfodiebam intus dotem, filiæ tuæ *quæ daretur.*

C. Consecutivæ sententiæ relativæ; in **conjunctivo** ponuntur.

1. Adjectivum demonstrativum (is, tantus, hujus modi) **ponitur correlatum** vel **auditur.** Mil. 785 *eam (en sådan)* des, *quæ* sit quæstuosa, *quæ* alat corpus corpore *quoique* sapiat pectus; 686, Most. 558; Rud. 646 quis homost *tanta* confidentia, *qui* sacerdotem audeat

[1] *Tam* additum a Fleckeisenio.

violare? Mil. 465 *tanta* audacia, *qui* —; Capt. 1034 *hujus modi* paucas poetæ reperiunt comoedias, *ubi* boni meliores fiant; Capt. 568—69 *Ty.* tu enim repertu's (befunnits vara *den)*, Philocratem *qui* superes veriverbio. *Ar.* pol, ego ut rem video, tu inventu's, vera vanitudine *qui* convincas.

2. Adverbium demonstrativum (plerumque *tam)* **correlatum ponitur** ita, ut vis sententiæ sæpius negativa sit. Amph. 985 nec quisquam *tam* audax fuat homo, *qui* obviam obsistat mihi; Curc. 284 nec quisquam sit *tam* opulentus, *qui* mi obsistat in via; Trin. 954 an ille *tam* esset stultus, mihi *qui* mille nummum crederet Philippum —? Truc. 2, 4, 4 quid *tam* inficetus', Lemno adveniens *qui* tuæ non des amicæ Diniarche savium?

3. Dignus, indignus, idoneus, fas habeo (anser tillbörligt) **antecedunt.**[1] As. 80 me *dignum, quoi* concrederet, habuit; 150 ne id quidem me *dignum* esse existumat, *quem* adeat, *quem* conloquatur *quoi*que irato supplicet? Rud. 522; 407 neque *digniorem* censeo vidisse anum me quemquam, *quoi* deos censeam bene facere magis decere; Mil. 1043; As. 314 tantum facinus inveni, ut nos dicamur omnium *dignissumi* esse, *quo*[2] cruciatus confluant; St. 206 eos haut *indignos* judico, *qui* laborent; B. 617 nemo est *indignior, quoi* di bene faciant nec quem homo aut amet aut adeat; Most. 623 videturne *idoneus*, danista *qui* sit? Aul. 253; Trin. 289 quod manu nequeunt tangere, tantum (blott så mycket) *fas habent, quo* manus apstineant.

4. Notionem præcedentis adjectivi (substantivi) **explicat diligentius sententia relativa,** ita ut significet, qua in re notio illa cernatur (cfr supra p. 11 Adn. 2). Ps. 386 ussust homine astuto docto scito et *callido, qui* insperata ecfecta reddat, non qui vigilans dormiat; Men. 654 vin adferri *noctuam, quæ* tu tu usque dicat tibi *den nattugglan*, som jemt och ständigt kommer med sitt *du* och *du* till dig; B. 845 non me arbitratur militem set *mulierem, qui* me meosque non queam defendere (för en *käring*, som ej kan —).

Adnot. 1. Indicativus autem ponitur, si sententia relativa simpliciter enuntiatur. Curc. 478 confidentes garrulique et malevoli supra lacum, *qui (de som)* alteri de nihilo audacter *dicunt* contumeliam et — *habent* (cfr 480, 482); Men. 583 viri fraudulenti, qui *habent* rem paratam; ***Sic nonnumquam etiam apud alios scriptores*** (cfr Menge Repetit. der lat. synt. 1890. § 503,9).

Adnot. 2. **Major quam qui** (= quam ut) apud Plautum non inveni.

D. Restrictivæ sententiæ relativæ *(qui quidem = åtminstone den, som);* et in indicativo et in conjunctivo poni possunt (cfr Madv. § 364 anm. 2).

Ep. 180. *Ap.* pulcra edepol dos pecuniast. *Per. quæ quidem* pol non marita*st;* B. 982 hominem ad lacrumas coegi castigando maleque dictis, *quæ quidem quivi* conminisci; Poen. 1213 *Ad.* sed quis homost? *Ag.* ameicus vobeis. *Ad. qui quidem* non inimicus *est;* Truc. 4, 3, 58 non vinum hominibus moderari sed homines vino solent, *qui quidem* probi *sunt;* — Cic. Br. 17, 65 Catonem vero quis nostrorum oratorum, *qui quidem* nunc *sunt,* legit? — Men. 205 hoc animo decet animatos esse amatores probos. *Pe. qui quidem* ad mendicitatem se *properent* detrudere; B. 995 euge literas minutas. *Ch. qui quidem (ja, för den, som) videat* parum; St. 260 nullan tibi linguast? *Ge. quæ quidem dicat* "dabo" veterem reliqui: eccillam quæ dicat "cedo"; Mil. 657 at *quidem* illuc ætatis *qui sit,* non invenies alterum lepidiorem ad omnis res.

E. Indefinitæ sententiæ relativæ; ponuntur in conjunctivo.

Cum præcedente sententia, quæ est aut affirmativa aut negativa aut interrogativa (est, nemo est, quis est similia), **enuntiatio relativa artissime cohœret, ita ut eo et ipsa**

[1] **aptus** ne apud ceteros quidem scriptores sæpe invenitur; cfr Dræg. § 490, 3.

[2] cfr Cic. Verr. IV, 18 homo et domi nobilis et apud eos, *quo* se contulit gratiosus. Madv. § 317 anm. 2.

aut affirmativa aut negativa aut interrogativa enuntietur; sin autem relativa sententia libera est ac non suspensa ex altera, in indicativo ponitur.

1. Sententia antecedens est affirmativa.

Trin. 268 *sunt* tamen, quos nimis miseros[1] maleque *habeas;* Capt. 53 *est*, paucis vos quod monitos *voluerim;* 327 *est*, ubi damnum *præstet* facere quam lucrum; Aul. 187 *sat habes*, qui (= quo) bene vitam *colas;* Ps. 390 *pauci* ex multis *sunt amici*, homini certi qui *sient;* Amph. 271 si *quicquamst aliut*, quod *credam* aut certo *sciam*, credo —; Aul. 522 *aliqua* mala *crux* semper *est*, quæ aliquid *petat;* Curc. 248 *solus* hic *homost*, qui *sciat* divinitus; Most. 740 *venit* (= est) navis, nostræ navi quæ *frangat* ratem; Truc. 2, 6, 5 *multi* memorari *potis* (sc. *sunt*), qui et convicti et condemnati falsis de pugnis *sient*.

Adnot. Quemadmodum apud ceteros poetas, sic etiam apud Plautum ***sententia relativa in indicativo poni potest tum quoque, quum artissime cohæret cum altera sententia*** (**sunt qui** = det fins de, som); non modo tum, quum libera est [**multi sunt qui** (= många äro de som), **nonnulli sunt qui** et similia]; cfr Madv. § 365 anm. 1. — Mil. 1012 *homo quidamst*, qui *scit*, quod quæris ubi sit; Pers. 4 3, 24 *est res quædam*, quam *occultabam* tibi dicere; Trin. 324, Most. 1102; *Cic.* Fin. 5, 14, 38 *sunt bestiæ quædam*, in quibus *inest* aliquid simile virtutis; Trin. 101 *sunt alii*, qui te volturium *vocant* (Cic. Tusc. 3, 26, 63); Mil. 45 *sexaginta* Macedones *sunt homines*, quos tu *occidisti* uno die; Capt. 313 *est* profecto *deus*, qui quæ nos gerimus *audit*que et videt; Capt. 263 *sunt*, quæ ex te solo scitari *volo;* Poen. 1119 *est*, qui illam conventam esse *volt;* Trin 91, 1164, As. 232, B. 1149, Ps. 462, Cas. 689, Cist. 4, 2, 39; *Cic.* Off. 1, 24, 84 *sunt* qui — non *audent;* — Curc. 480 sub veteribus ibi *sunt*, qui *[äro* (befinna sig) *de personer som* vel *finnes sådana som] dant* quique accipiunt fænore; 482 in Tusco vico ibi *sunt homines*, qui ipsi sese venditant; cfr Cæs. B. G. 4, 10, 3 ex quibus *sunt, qui* (till hvilka *de* höra, som) — existimantur.

2. Sententia antecedens est negativa.

As. 111 *nemost*, quem *metuam;* B. 543 *nullus est*, quoi non *invideant;* Trin. 543 *nemo extat*, qui ibi sex mensis *vixerit;* Capt. 700 *nec est* mihi *quisquam*, melius æque quoi *velim;* Amph. 1010 neque domi *neque* in urbe *invenio quemquam* (= est quisquam), qui illum *viderit;* Ps. 973 *vix decumus quisquest*, qui ipsus sese *noverit;* Most. 451 *natus nemo* in ædibus *servat* (= *est*), neque qui *recludat* neque *respondeat;* Amph. 509 satin habes, si feminarum *nullast*, quam æque *diligam?* Capt. 741 post mortem in morte *nihil* est, quod *metuam* mali; Trin. 801 tacere *numquam quicquamst* quod *queant;* Mil. 329 *nihil* est, qua hinc huc transire ea *possit*, nisi recto ostio; Trin. 188, 1126, As. 175, 493, 877, Curc. 171.

Adnot. Sententia relativa si, quod raro fit, in indicativo ponitur, suspensa non est ex prædicato antecedentis sententiæ atque illam notionem negativam determinat (Madv. § 365 anm. 2). Pers. 3, 1. 38—40 virgo atque mulier *nulla* erit, quin sit mala, *quæ* præter *sapiet*, quam placet parentibus *ingen* kvinna, *som är* (kommer att vara) mer *förståndig* än föräldrarne tycka om, kommer att (finnas, utan att hon är ond =) vara god. *Vi.* Virgo atque mulier *nulla* erit, quin sit mala, *quæ reticet*, si quid fieri pervorse videt *ingen* kvinna, *som tiger*, ifall hon —); Cas. 218 nec potis *quicquam* commemorari *quod* plus salis plusque leporis *habet intet, som medför mer behag, kan nämnas;* cfr supra 1. Truc. 2, 6, 5; Poen. 1339 decipitur *nemo* mea quidem sententia, *qui* suis amicis *narrat* recte res suas *ingen, som* —; ***contra:*** Merc. 520 de lanificio *neminem metuo*, una ætate quæ *sit det fins ingen farlig, som är vid samma ålder.*

3. Sententia antecedens est interrogativa.

Mil. 994 *numqui* hic prope *adest*, qui rem alienam potius *curet* quam suam? B. 807 *quis homost*, qui *dicat* me dixisse istuc? St. 769 *qui* Jonicus aut *cinædicust*, qui hoc tale facere

[1] sic Stud. (cod. ambr.) et Brix.; cfr hujus adnot.; Fleckeis. ***misere.***

possit? Trin. 90 *haben* tu amicum aut familiarem *quempiam*, quoi pectus *sapiat?* Aul. 736 *quid* ego de te *conmerui* (= quid fuit) mali, quam ob rem ita *faceres?* Rud. 833 *quid est*, quod *caveam? Lo.* en, a crasso infortunio; Curc. 86, Most. 355, Men. 475.

Adnot. Indicativus sæpe occurrit. Rud. 258 *qui sunt*, qui *(hvilka äro de, som —)* a patrona preces mea *expetessunt?* 414 *quist*, qui nostris tam proterve foribus *facit* injuriam? 650 *quis istic est*, qui deos tam parvi *pendit?* B. 54 *quid est*, quod *metuis?* ne tibi lectus malitiam aput me suadeat? Capt. 669 *quid negotist*, quam ob rem *suscenses* mihi? Aul. 435 *quid est*, qua nunc *prohibes* gratia nos coquere hic cenam? As. 27, Rud. 677.

F. Causales sententiæ relativæ; et **indicativus** et **conjunctivus** invenitur (cfr Dræg. § 491; Madv. § 366 anm. 1.; Zand. § 178).

1. Indicativus. Amph. 326 ego homo infelix fui, qui non alas *intervelli;* Rud. 517 bonamst quod habeas gratiam merito mihi, qui te ex insulso salsum *feci;* As. 227 tua ista culpast, quæ discipulum semidoctum aps te *amoves;* Capt 538 utinam te di perderent — qui ex parata re inparatam omnem *facis;* As. 273 vae illi, qui tam indiligenter *opservavit* januam; Men. 310 insanit hic quidem, qui ipsus male *dicit* sibi; 904 stultus sum, qui illius esse *dico*, quæ meast; B. 466 stultus es, qui illi male ægre *patere* dici, qui facit.

2. Conjunctivus. Amph. 695 te ut deludam contra, lusorem meum, qui nunc primum te advenisse *dicas* (enär du säger), modo qui hinc abieris (fastän du —)? 706 certa res hanc est objurgare, quæ me hodie *noluerit* salutare; 1022 tibi di omnes irati sunt, qui sic *frangas* foris; Capt. 546 minume miror, si te odit, qui istum *appelles* Tyndarum pro Philocrate; Mil. 32 ne operæ pretium quidemst mihi te narrare, tuas qui virtutis *sciam;* Rud. 109 di dabunt tibi magnum malum, qui oratione hic occupatos *occupes;* As. 292 heu edepol hominem infelicem, qui patronam *conprimat;* Merc. 920 ego stultior, qui isti *credam;* Men. 315 non sanu's, qui nunc ipsus male *dicas* tibi.

Adnot. Particula affirmativa* quidem *sæpe additur. Amph. 506 nimis hic scitust sucophanta, qui *quidem* (*enär han ju*) *sit* meus pater; Trin. 953 ne tu me edepol arbitrare beluam, qui *quidem* non novisse *possim* quicum ætatem exegerim du håller mig då för ett riktigt fä, *då jag t. ex. skulle kunna annat än känna den —;* As. 862, B. 1132.

G. Concessivæ vel **adversativæ sententiæ relativæ;** ponitur et **indicativus** et **conjunctivus.** cfr Dræg. § 492.

1. Indicativus. Merc. 178 credo, si boni quid ad te nuntiem, instes acriter, qui nunc, quom malum audiendumst, *flagitas* me ut eloquar; Amph. 562 audes mihi prædicare id, domi te esse nunc, qui hic *ades;* Curc. 616 meane ancilla libera ut sit, quam ego numquam *emissi* manu?

2. Conjunctivus. Men. 819 sanun es, qui istuc *exoptes?* Mil. 498 tunc te expurges mihi, qui facinus tantum *feceris?* Mil. 964, 1276, Trin. 455.

Adnot. 1. Eæ condicionales sententiæ relativæ, quæ potentiales aut irreales sunt, in conjunctivo ponuntur. Mil. 736 qui deorum consilia *culpet*, stultus inscitusque sit; Most. 443 nimis edepol ille potuit exspectatior venire, qui te *nuntiaret* mortuom; ***particula* quidem *nonnumquam additur:*** Trin. 552 contra istuc (= in istunc agrum) detrudi maleficos æquom videtur, qui *quidem* istius *sit* modi *om han* (ager[1]) *nämligen* —.

Adnot. 2. Conjunctivus subjectivus et ***conj. obliquus*** (cfr Zand. § 169, 170) ***sæpe ponuntur in enuntiationibus relativis.*** Amph. 824 mihi quoque adsunt testes, qui illut, quod ego *dicam* adsentiant; 871 mea sit culpa, quod egomet *contraxerim*, si id — expetat; Mil. 556 quor negem,

[1]) cfr Brix. adnot.

quod *viderim?* 554; Mil. 300 quid tibi vis dicam, nisi quod *viderim?* — Capt. 937 lingua nullast, qua negem, quidquid *roges;* As. 46 di tibi dent, quæquomque *optes;* Rud. 1140 quid, si ista aut superstitiosa aut ariolast atque omnia, quidquid *insit*, vera dicet?

Adnot. 3. **Quippe, præsertim, utpote, ut** ***particulæ adhibentur ad eam ostendendam graviter significationem, quæ sententiæ relativæ admiscetur*** (cfr Kühn. § 194, 3, anm. 3; Madv. § 366, anm. 2).

a. **Quippe** ***causalem habet vim et cum indicativo sæpius quam cum conjunctivo junguntur.*** Occurrit his locis:

1. ***Indicativus.*** Amph. 22 pater huc me misit, tametsi vobis quod dictum foret scibat facturos, *quippe* qui *intellexerat* vereri vos se; Rud. 384 qui it lavatum in balineas, quom ibi sedulo sua vestimenta servat, tam subrupiuntur, *quippe* qui[1], quem illorum observet, *falsust eftersom han* (är förd bakom ljuset =) *icke vet*, hvem af dem (de andre badgästerna) han skall gifva akt på; B. 369 aperite januam hanc orci: nam equidem haut aliter esse duco: *quippe* quo nemo *advenit* nisi quem spes reliquere; Ps. 1274 enim ex discipulina (sc. saltavi), *quippe* ego qui jonica probe *perdidisci jag dansade enligt alla konstens regler, jag som* (= alldenstund jag) *riktigt grundligt lärt mig joniska danser;* Ep. 367 *quippe* ego qui (ty jag har ju —) *dinumeravi;* Truc. 1, 1, 49 ea nimiast ratio, *quippe* qui certo *scio;* Ep. 618 habe bonum animum. *Epid. quippe* ego *(ja jag)* quoi libertas in mundo *sitast!* Aul. 348 horunc tibi istic nihil eveniet: *quippe* qui ubi[2] quod[3] subrupias nihil est.

2. ***Conjunct.*** Pers. 4, 6, 17 videor vidisse hic forma persimilem tui eadem statura. *Sa. quippe* qui frater *siet naturligt nog, efter som han är min bror;* As. 66 omnis parentes liberis suis, qui mi auscultabunt, facient opsequentiam: *quippe* qui *(alldenstund de i så fall)* mage amico *utantur* gnato et benevolo.

b. **Præsertim** ***causalem significationem habet (helst, i synnerhet)*** atque his locis occurrit:

1. Indicativus. Rud. 291 qui pauperes sunt homines miseri vivont, *præsertim* quibus nec quæstus *est* nec artem *didicere* ullam; Poen. 820 servire amanti miseriast, *præsertim* qui quod amat *caret.*

2. ***Conjunct.*** Ps. 505 hinc quidem a me non potest argentum auferri, qui *præsertim senserim;* Ep. 170 quid est, quod pudendum siet, genere natam bono pauperem te ducere uxorem, *præsertim* eam, qua ex tibi *conmemores* hanc prognatam?

Nullum apud Plautum inveni exemplum, in quo concessivam vim habeat **præsertim.**

c. **Utpote** (semel)[4] ***causam significat.*** Rud. 462 satin nequam sum, *utpote* qui hodie amare inceperim?

d. **Ut** ***modalem*** vel ***comparativam vim habet (= såsom).***

α. ***Sententia relativa sæpissime est consecutiva.*** B. 283 adeon me fuisse fungum, *ut* qui illi crederem att jag skolat vara en dumbom till den grad, (*såsom*) *att* jag trott honom? Capt. 553 eum mihi esse morbum, *ut* qui med opus sit insputarier en sådan sjukdom *(såsom hvarför =), att* det för den behöfves, att man spottar på mig? As. 505 an ita tu's animata, *ut* qui expers matris inperiis sies? Curc. 218 migrare certumst — quando Aesculapi ita sentio sententiam, *ut* qui me nihili faciat nec salvom velit; Capt. 242 nobis di animum ostenderunt suum, *ut* qui erum me tibi fuisse atque esse nunc conservom velint; *Ter.* And. 148.

---

[1] de hoc et de iis, quæ sequuntur, exemplis confer id, quod supra (p. 3 sqq.) dixi de correlato omittendo.

[2] ***quippe ubi*** = ***quum ibi*** (cfr Liv. 26, 48, 11.); **qui** haud scio an hoc loco affirmativam vim habeat (cfr ***hercle qui, edepol qui***); in ceteris autem exemplis **qui** positum post **quippe** relativam vim habere videtur; cfr Cav. Nord. Tidsk. for filol. og pædag. N. R. I, II pag. 278.

[3] cod. **quid;**

[4] B. 511 codd. habent **utpote quod;** editores metri causa **ut quod.**

β. ***Sententia relativa est restrictiva*** (bis). B. 511 amo hercle opinor, *ut quod* pro certo sciam *åtminstone så vidt* jag vet; Ps. 566 non demutabo, *ut quod* ego pro certo sciam[1].

γ. ***Sententia relativa est causalis*** (semel). Trin. 637 an id est sapere, *ut qui* beneficium a benevolente repudies är det klokt, *(af dig,* som =)[2] *då du* visar ifrån dig din väns välgerning?

Adnot. 3. Relativa sententiarum conjunctio sæpe commiscetur

a. ***Cum interrogativa.*** Trin. 206—208 quod quisque in animo habet aut habiturust, sciunt: sciunt *quid* in aurem rex reginæ dixerit: sciunt *quod* Juno fabulatast cum Jove; Capt. 206 scimus nos nostrum *officium quod est;* Amph. 291 ibo, ut erus *quod* imperavit Alcumenæ nuntiem; 452.

b. ***Cum comparativa.*** As. 566 fateor profecto *ut prædicas,* Leonida, *esse vera* att det är sant, *(såsom)* som du säger; — cfr Most. 771 hæc *sunt sic, ut prædico —;* Mil. 749 nunc *quod occepi* opsonatum pergam; cfr Amph. 873 nunc memet Amphitruonem, *ut occepi* semel, esse adsimulabo; Amph. 499 cura rem communem, *quod* facis, atque inperce quæso; cfr Cic. Cato Maj. 17, 59 quos (libros) legite, quæso, studiose, *ut facitis —;* Poen. 136 tuæ blanditiæ mihi sunt, *quod dici solet [såsom* (som) man plägar säga] gerræ germanæ hercle; — cfr Cic. Tusc. 2, 11 *ut est* in proverbio; cfr etiam Ps. 1114 ego *ut* mi inperatumst, *ei rei* operam dabo.

c. ***Cum concessiva.*** Pers. 3, 1, 36 ego nunc, *quod* non futurum est, formido *tamen;* Trin. 209 *quæ* neque fuerunt neque sunt, *tamen* illi sciunt.

Adnot. 4. Sententia relativa sæpe ita adhibetur, ut quidam in ea sit ***pleonasmus.*** Men. 993 vobis dico, ut *imperium* meum sapienter habeatis curæ, *quæ imperari atque impero;* Capt. 363 volt te novos erus *operam dare tuo* veteri *domino, quod is velit,* fideliter; Truc. 2, 7, 56 Capt. 886. cfr Aul. 192.

Enuntiationes explicativæ.

Sententiæ explicativæ incipiunt a conjunctionibus **quod, quom.**[3]

I. Quod.

Quod explicativum a principio est **accusativus objecti pronominis relativi** (innehållsackusativ). B. 980 *quod* te missi ecquid egisti? Ep. 456 animum advorte, ut, *quod* ego ad te venio, intellegas; Aul. 199 paucis Eucliost *quod* te volo de communi re appellare jag har något, *som* jag vill tala med dig lite *om,* angående en gemensam angelägenhet.

Ab illa pronominali, quam habet principalem, significatione **transiit ad vim conjunctionis** (= **att**).

A. Quod positum in exordio periodi significat **hvad det beträffar att, med afseende på det att.**

1. Indicativus Truc. 2, 5, 18 ego *quod* mala *sum,* matris opera mala sum; Most. 303 certo ego, *quod* te *amo,* operam nusquam melius potui ponere; Amph. 479 nunc de Alcumena

---

[1] Lorenz. "da ich es ja sicher weiss".

[2] de correlato cfr supra p. 3 sqq.

[3] in cod. ambros. inveniuntur formæ *quom, quum, cum, qum;* vide ed. Stud. ind. orthograph. sub *quom.*

dudum *quod dixi* minus, hodie illa pariet filios geminos duos; Ps. 101 *quod* tu istis lacrumis te probare *postulas*[1]; Pers. 2, 3, 8 *quod* ego non magis *somniabam* neque *opinabar* neque *censebam* eam fore mihi occasionem, *ea* nunc quasi decidit de coelo; Capt. 586 filium tuum *quod* redimere se *ait*, id ne utiquam mihi placet; Mil. 1114 *istuc quod* das consilium mihi, te cum illa verba facere *de ista re* volo; *Ter.* 790 *illud quod — id*, 204 *quod — id;* Cic. de Or. I, 234.

2. Conjunctivus *(kunde, skulle, om än).* As. 757 *quod* illa aut amicum suum aut patronum *nominet (att hon kunde kalla honom —, för det fall att hon skulle —)*, fores occlussæ omnibus sint; 761, 796; Aul. 91 *quod* quispiam ignem *quærat*, extingui volo; Mil. 162 *quod* ille gallinam aut columbam se sectari aut simiam *dicat:* disperistis, ni usque ad mortem male mulcassitis; Cas. 127; Rud. 1150; *Ter.* Haut. 671, Eun. 785, 1064; Ad. 162. Cic. Verr. V, 175 *(quod — cogites —)*, II, 13, 33.

B. Quod significat det att, den omständigheten att.

1. Sententia explicativa subjectum sæpissime est; **esse** vocabulum est prædicatum in primaria sententia.

a. *Correlatum* (id, illuc, istuc, illud, hoc) *ponitur.* Merc. 596 *id* illi vitium maxumumst, *quod* nimis tardus est; 553 *id* jam lucrum*st*, *quod* vivis; B. 415 *quid hoc negotist* (= quid hoc rei est, *hvad vill detta säga)*, Pistoclerum Ludos *quod* erum tam ciet? Cist. 5, 1, 1, Men. 762, Rud. 559, Merc. 692 parumme *hoc est* malæ rei, *quod* amat Demipho? Capt. 357 *hoc* quidem hau molestum*st* jam, *quod* collus collari caret; Merc. 364 quid *illuc est (hvad är det för något, hvad betyder det, hvad vill det säga)*, *quod* solus se cum fabulatur filius? 119, 368, 384, Ep. 609, As. 262, Men. 958.

b. *Correlatum non ponitur.* Aul. 624 non temere*st (det är ej utan betydelse)*, *quod* corvos cantat mihi nunc ad læva manu; *Ter.* Ph. 998; As. 864 hoc ecastor est, *quod* illic ad coenam cotidie ait sese ire ad Archidemum Chæream Chærestratum Cliniam Chremen Cratinum Diniam Demosthenem *detta är min sann meningen med det att han —;* Cas. 531, Men. 1135, Merc. 711, Rud. 1258.

Adnot. 1. Raro causa est, cur ***conjunctivus*** ponatur. Amph. 502 *Jup.* mihi necessest ire hinc. *Al.* quid *istuc est*, mi vir, negoti, *quod* tu tam subito domo *abeas* — att du så hastigt *skulle gå din väg?*

Adnot. 2. Rarissime fit, ut sententia explicativa aut subjectum referatur ad aliud verbum atque* esse *aut objectum sit. Amph. 303 jam pridem videtur *factum*, heri *quod* homines quattuor in soporem conlocastis nudos; Truc. 2, 7, 27 edepol haut *perit*, *quod* illum tantum amo (cfr Rud. 939 bonis *quod bene fit, hau perit*); B. 1019 quæso, ut sat habeas *id, quod* med objurgavit; *Ter.* And. 710.

Adnot. 3. **Scio quod** (semel). As. 52 equidem *scio* jam, filius *quod amet* meus istanc meretricem; cfr Bellum Hispan. 36, 1, legati *renuntiarunt*, *quod* Pompejum in potestatem *haberent;* Mart. 11, 64 *hoc scio, quod* scribit nulla puella tibi; cfr Kühn. p. 838.

***Adnot. 4. Post ea autem verba, quæ sunt* addo, mitto, prætereo, facio** *(bene, male)*, **accedit, accidit** *(bene, male)* similia **quod** *explicativum apud Plautum non occurrit.* — *Terentius* autem: Eun. 926 *mittó quod*, Ph. 168 *addo quod.*

Adnot. 5. Sententia explicativa nonnumquam appositum est subjecti. Mil. 1234 ergo *istus metus* me macerat, *quod* illic fastidiosust, oculi ejus ne sententiam mutent, ubi viderit me — just (det der förfärliga) *den der förfärliga tanken, att han är så grantyckt*, (plågar mig) inger mig fruktan.

[1] Lorenz. sine causa *postules;*

Adnot. 6. **Nisi quod** (med undantag deraf att =) **blott att, men, dock** ***paucis locis invenitur.*** Capt. 394 equidem, *nisi quod* custodem habeo, liberum me esse arbitror; 621; Pers. 4, 3, 56.

2. Sententia explicativa ad vocabulum adverbiale refertur (raro).

Amph. 297 *propterea quod* me meus erus fecit, ut vigilarem, hic pugnis faciet hodie, ut dormiam; As. 47 quor hoc ego ex te quæram aut quor miniter tibi, *propterea quod* me non scientem *feceris* (conj. subj.)? Ep. 630 si quidem *istius gratia* id remoratu's, *quod* ista voluit, nimium advenisti cito; Mil. 1411 jura te nociturum non esse homini *de hac re* nemini, *quod* tu hic hodie verberatu's aut *quod* verberabere. Truc. 2, 5, 6 mater dicta *quod* sum, *eo* magis studeo vitæ; Ep. 607 male morigerus mist danista, *quod (dermed att, derutinnan att)* a me argentum non petit.

Formula **quid quod?** *hvad säger du om det att?* uno loco occurrit: Curc. 459 *quid quod* juratus sum?[1]

Adnot. Contra non inveni apud Plautum **in hoc quod, in eo quod, ex hoc quod, ex eo quod, pro eo quod, inde quod, hinc quod, ideo quod, idcirco quod** similia. *Ter.* And. 690 *idcirco — quod,* Hec. 781 *ob eam rem — quod.*

Præterea hæ conjunctionis **quod** significationes hic animadvertendæ sunt:

C. Quod restrictivum significat **så vidt, så mycket** (cfr sent. rel. p. 12).

1. Indicativus. Trin. 482 *quod* ad ventrem *attinet;* As. 8, Poen. 36, Aul. 770; Poen. 1181 *quod quidem* ad nos *attinuit,* pulcræ fuimus; Capt. 670 meam rem, *quod in te fuit* (berott på dig), dilaceravisti; B. 550 ille, *quod in se fuit,* adcuratum habuit quod posset mali faceret in me; Aul. 260 pactum non pactumst, non pactum pactumst, *quod* vobis *lubet;* Mil. 1160 inpetrabis, imperator, *quod*[2] ego *potero,* quod voles.

2. Conjunctivus. Capt. 173 *quod sciam;* 265, Amph. 749, Ps. 1076, Most. 1010, 1011; Men. 295 *tantum quod sciam;* Merc. 1022 *quod* bono *fiat* modo; Men. 925 *quod sentias;* B. 658 *quod queat;* Ep. 638 *quod quidem* nunc *veniat in mentem* mihi.

Adnot. 1. **Quantum** ***in eadem significatione cum indicativo conjungitur.*** Ps. 769 *quantum conspicio;* As. 263 *quantum intellego;* Men. 440 *q. perspexi;*

Quantum potest (potis) = *så fort som möjligt* sæpius ***impersonaliter,*** ut ajunt nostri, adhibetur: Men. 850, 1056, Trin. 765, St. 250, Aul. 399; raro ***personaliter:*** Men 548 *quantum possint;* Aul. 119 domum me rursum, *quantum potero, tantum* me recipiam.

Adnot. 2. **Quoad** ***nonnumquam habet restrictivam significationem:*** As. 296 jubeo te salvere voce summa, *quoad* vires valent; Rud. 1073.

D. Quod indefinitum significat **att, hvarför.**

1. Indicativus ponitur, si sententia secundaria libera est ac non suspensa ex prædicato primariæ sententiæ (cfr sent. rel. p. 12 sqq.) Curc. 166 eloquere, *quid est quod* Palinurum *vocas* hvad är skälet till *att du ropar* på P.?[3] 135; Most. 69 *quid est, quod* tu me nunc *optuere,* furcifer? Merc. 175 quin tu expedis, *quid siet, quod* me per urbem currens *quærebas* modo? Ps. 9, Truc. 2, 1, 27, Cas. 630. Cic. Verr. 4, 43 *quid erat, quod confirmabat* se abs te argentum esse repetiturum?

---

[1] Quod dicit Ussingius ad h. l. juris jurandi nullum vestigium esse, potest sine dubio cogitari leno juravisse se virginem, quum Phædromus pretium pro ea solvisset, redditurum esse (v. 63).

[2] sic cdd.; editores *quoad;* cfr tamen Ter. Haut. 416 nam *quod potero,* adjutabo senem. Eun. 214, 215.

[3] Licet quodam modo hujus generis exempla ad *B. 1.* (pag. 17.) referre *(hvad betyder, hvad vill det säga att —?).*

2. Conjunctivus ponitur, si in ipsa inter sententias cohærentia positum est, utrum affirmativa an negativa an interrogativa sit secundaria enuntiatio. Prim. sententia est

a. *Affirmativa.* Trin 1166 si id mea voluntate factumst, *est quod* mihi *suscenseas;* 310, 694; Rud. 516 bonam*st quod habeas* gratiam merito mihi; Merc. 502 tibi quidem *quod rideas, magis est* quam *ut lamentere.*

b. *Negativa.* As. 146 isti *quod suscenseam* ipsi *nihil est;* Ps. 1066 nihil est, quod *metuas;* Trin. 808, Most. 712 *nihil erit, quod* deorum ullum *accusites;* Capt. 842 gaudeo, etsi *nil scio, quod gaudeam.*

c. *Interrogativa.* B. 92 *quid est, quod metuas?* hvad har du för *skäl att frukta? Pi.* nihil est; B. 1156 pudet dicere me tibi quiddam. *Ni. quid est, quod pudeat?* Rud. 949.

II. Quom.

Quom explicativum[1] (ortum ex eo, quod est **quom temporale)** significat **då, deri att, i och med detsamma som, att;** conjungitur cum **indicativo.**

A. Verbalis in primaria sententia notio explicatur.

Capt. 615 Aiacem, hunc *quom* vides, ipsum vides; Pers. 2, 2, 46 nihil amas, *quum* ingratum amas; Cas. 841 bona multa mihi dedisti, hujus *quom* copiam mihi dedisti; — Men. 296 pro sano loqueris, *quom* me appellas nomine; Pers. 2, 2, 25 *quum*, ut digna es, dico, bene, non male loquor; Trin. 342, St. 685. — Most. 720 amice facis, *quom* me laudas; St. 99 bonas ut æquomst facere facitis, *quom* tamen apsentis viros proinde habetis, quasi præsentes sint; B. 337 *istuc* sapienter saltem fecit filius, *quom* diviti homini id aurum servandum dedit; 166 fecisti furtum in ætatem malum, *quom* istæc flagitia me celavisti; Capt. 297 fecit officium suum, *quom* tibist confessus verum; Trin. 633, 634, Mil. 1071, Men. 701, 668, B. 162, St. 656, Men. 448, Capt. 412. — Cic. Fin. III, 2, 9 præclare facis, *quom* et eorum memoriam tenes — et puerum diligis. — Merc. 468 me moror, *quom* heic (= hic) asto; Cist. 4, 2, 24, Ep. 691, Ps. 1134. — Poen. 723 vidistis, leno *quom* aurum accepit *sågen I, då* (= att) —? Amph. 1071 neque nostrum quisquam sensimus, *quom* peperit, neque providimus; Truc. 1, 2, 16 ipsi vident, eorum *quom* auferimus bona; Mil. 507 inspectavisti hospitem, amicam *quom* ausculabatur suam; — cfr Cic. de Or. III, 87 virum summa virtute videbamus philosopho *cum* operam *daret;* II, 22. — Capt. 303 — memini *quom* dicto haut audebat: facto nunc lædat licet; Cic. Fam. VII, 28, 1 memini, *quum* mihi desipere *videbare* —; Qu. Fr. 2, 10, 2 memini *quum portarem.* B. 677 errasti, *quom* parum inmersti ampliter; — Ps. 931 occidis me, *quom* istuc rogas; Capt. 371 tu tibi tuopte ingenio prodes plurumum, *quom* servitutem fers; Capt. 453 rem meam constabilivi, *quom* illos emi; Ep. 421 sic adsimulabam quasi stolidum, *quom* bardum me faciebam.

B. Nominalis in primaria sententia notio explicatur.

1. Substantivum. B. 926 Atride duo fratres cluent fecisse facinus maxumum, *quom* Priami patriam — subegerunt; Trin. 638 nullum beneficium esse duco *id, quom* quoi facias non placet; Poen. 472 *de illac pugna* pentetronica, *quom* sexaginta milia hominum — occidi; 1204 *hoc* (vitium) e multis maxumumst, *quom* sibi nimis placent minisque addunt operam, uti placeant viris; *Cic.* p. Sest. 65, 135 non *ea* est medicina, *quum* sanæ parti corporis scalpellum adhibetur atque integræ.

[1] cfr E. Lübbert, Die Syntax von Quom und die Entwickelung der relativen tempora im älteren Latein, Breslau 1870. p. 95—109.

2. Adjectivum. Poen. 914 lepidu's, *quom* mones; Most. 588 beatus vero es nunc, *quom* clamas; Pers. 3, 1, 22, 4, 4, 99, Cas. 232. Cic. Verr. 5, 23, 59 in una civitate bis improbus fuisti, *quom* et remisisti, quod non oportebat, et accepisti, quod non licebat.

Adnot. 1. Sententia explicativa ad neutrum pronominis (*istuc, hoc, id*) ***nonnumquam refertur;*** vide exempla.

Adnot. 2. Quemadmodum **quod explicativum** ***angustius patet apud Plautum quam apud ceteros scriptores, ita*** **quum explicativum** ***latius adhibet ille quam ceteri*** — apud Terentium ipsum raro occurrit (cfr Lübbert. pag. 108) — ***et quidem sæpe, ubi aureæ ætatis scriptores*** **quod** ***usurpare solent.***

Enuntiationes causales.

Sententiæ causales **in indicativo** ponuntur, nisi quod invenitur **conjunctivus obliquus, subjectivus, potentialis** (irrealis).

I. Adverbiales enuntiationes causales.

Adverbiales sententiæ causales incipiunt a conjunctionibus **quia, quoniam, quando, quandoquidem** *(quando quidem)*, **quom** [1], raro **quod.**

Significant hæ omnes conjunctiones apud Plautum et **causam realem** (cur **actio** fiat primariæ sententiæ) et **causam logicam** (cur **mentio** fiat de actione, aut cur **quid quæratur,** aut ex quo quid **concludatur**).

A. Quia.

Quia longe frequentissime adhibetur. Conjungitur cum **præsenti, perfecto, futuro simplici, imperfecto, plusquamperfecto.**

1. Primaria sententia ponitur.

Amph. 640 sola hic mi nunc videor, *quia* ille hinc abest; Capt. 70 juventus nomen indidit Scorto mihi, *quia* invocatus soleo esse in convivio; Rud. 366 in scapham insuluimus, *quia* videmus (præs. hist.) ad saxa navem ferrier; Mil. 54 satietas belli *quia* erat, sivi viverent; Men. 1020 *quia* postremus cedis, hoc præmi feres; Cas. 397 *quia* tute es fugitivos, omnis te imitari cupis; Capt. 581, Most. 500, Trin. 338; Men. 513 omnis cinædos esse censes, tu *quia's?* Mil. 499, Most. 521, Rud. 1187; Capt. 765 neminis misereri certumst, *quia* mei miseret neminem. —

Amph. 795 me captas, *quia (ty — causa logica)* tute ab navi clanculum huc alia via præcucurristi atque pateram exemisti; Pers. 1, 1, 20 mihi quidem tu jam eras mortuus, *quia* te non visitavi; Ep. 137 quod benefeci, malefeci, *quia* amor mutavit locum; Pers. 5, 1. 23 optatus hic mihi dies datus hodie est ab dis, *quia* te licet liberam me amplecti.

2. Primaria sententia non ponitur.

Per causalem enuntiationem **respondetur antecedenti interrogationi** semper fere brevissimæ, quæ incipit ab **quid, qui, quor, quam ob rem, quapropter, quin, qua de re, qua ratione, qua gratia, quo pacto, quo argumento, quemnam ad modum** (quia = **jo**). **Quid:** As. 56

[1] cfr p. 16. not. 3.

quid morbist? *Lib. quia* non suppetunt dictis data; Aul. 429 *quid* tibi in ædibus meis erat negoti? volo scire. *Cong.* tace ergo. *quia* veni coctum ad nuptias; Men. 370; Capt. 669 *quid* negotist quam ob rem suscenses mihi? *quia* me — dilaceravisti. Curc. 136; 343 quid eum vis (hvad vill du honom)? *quia* de eo emi virginem; 440 *quid* mirare? *Lu. quia* non potuerunt —; 689 *quid* tecumst mihi? *Th. quia* faciam —; Mil. 1140 *quid* est? *quia* non sum dignus —; Aul. 416 *quid* clamas? *Eu. quia* ad tris viros deferam nomen tuom; 745 *quid* tibi meam tactiost? *Ly. quia* vini vitio atque amoris feci; Cas. 406, 408, Curc. 627, Poen. 1308; B. 329 *quid* opust anulo? *Ch. quia* id signumst cum Theotimo; 751, Capt. 884; — *quid ita? quia* —: Aul. 151, B. 87, 102, 254, 680, Curc. 48, Ep. 59, Mil. 1260; — *quid jam? quia* —: B. 50, Cas. 269, Ep. 407, 551, Mil. 322, 834, Pers. 1, 1, 31, 2, 2, 51, 2, 5, 16; *quid istuc? quia* —: Mil. 1331; **qui** (huru, hvarför)? Amph. 666 *qui* tibi nunc istuc in mentemst? *So. quia* enim sero advenimus; 711, Trin. 78, Ep. 97 *qui* lubidost male loqui? *quia* tute te ipse deseris; Poen. 339; 251 *qui* scis? qui id dixit tibi? *quia* hodie adlatæ tabellæ sunt ad eam; 133, 208, Mil. 1104, Truc. 1, 2, 35 *qui* arbitrare? *Ast. quia* alienis rebus curas; *qui? quia* —. Amph. 667, 1034, Aul. 355, B. 53, Curc. 40, Ep. 36; *qui non? quia* —. B. 1164, *qui dum? quia* —. Amph. 1032, As. 620, B. 461, Ep. 299; *qui vero? quia* —. Merc. 395, 405. **quor?:** Amph. 687 *quor* negas? *Am.* quia vera didici dicere; As. 591, Capt. 705, 715, 985, Merc. 648, Mil. 1255. — **quam ob rem?:** Amph. 553, Aul. 417; *quamobrem istuc?* Curc. 667. — **quapropter?:** Most. 273, Rud. 536. — **quin?:** Merc. 191, Ps. 502. — **qua de re?:** Poen. 318, 734; — **qua ratione?:** Ps. 804; — **qua gratia?:** Amph. 665; — **quo pacto?** Aul. 733; — **quo argumento?** Mil. 1001; — **quemnam ad modum?** B. 191.

Adnot. 1. Interrogatio indirecta antecedere potest. Aul. 564 volo scire ego ex te, *qui* sit agnus curio. *Eu. quia* ossa ac pellis totust; Capt. 1008 scio, *quor* te patrem esse adsimules. *quia* mi itan ut parentes lucis das tuendi copiam; Men. 716, Ps. 499, Trin. 848.

Adnot. 2. Responsum nonnumquam incipit a verbo sentiendi vel dicendi. Curc. 442 quam ob rem istuc? *Cu. dicam: quia* enim Persas Paphlagonas Sinopas — subegit; Ep. 70, Ps. 804 qua istuc ratione? *Co. eloquar: quia* enim — nemo quærit; Truc. 1, 2, 58 qui istuc? *Ast.* rationem *dicam: quia* qui alterum incusat — sapere oportet; Ep. 43 quapropter? *Th. scies: quia* captivam — mercatust; Most. 1098, Pers. 1, 3, 50; Ep. 273 qui scis? *E. scio. quia* mihi alius dixit; As. 620 quidum? *quia* oculi sunt tibi lacrumantes, eo *rogari.*

Adnot. 3. **Quia** ***sæpe refertur ad correlatum*** (eo, hoc, istoc, propterea, ob eam rem, ideo, idcirco, ergo). Amph. 756 *eo* fit, quia mihi plurumum credo; Capt. 994, Cist. 2, 1, 25, Curc. 61, Rud. 24, 1114, Truc. 2, 2, 17, St. 177 propter pauperiem hoc adeo nomen repperi, *eo* quia paupertas fecit ridiculus forem; Pers. 5 2, 8 quia ei fidem non habui argenti, *eo* mihi eas machinas molitust; As. 620, Amph. 254 hoc adeo *hoc* conmemini magis, quia illo die inpransus fui; 379 ergo *istoc* magis, quia vanilocu's, vapulabis; Men. 265 *propterea* huic urbei nomen Epidamno inditumst, quia nemo sine damno huc devortitur; Poen. 63 *propterea* apud vos dico hoc confidentius, quia —; As. 386, Mil. 1255 quia me amat, *propterea* Venus fecit eam ut divinaret; 1323; Men. 1055 *ob eam rem*, quia te servavi, me amisisti liberum; B. 59, Curc. 416, Ep. 596, Trin. 324, As. 622 nullum perdidi, *ideo* quia numquam ullum habui; Men. 78, Merc. 543; 35 *idcirco* prædico, quia nullus est; Aul. 755 *ergo* quia sum tangere ausus, haud causificor quin eam habeam.

Adnot. 4. Sententia a **quia** ***incipiens esse explicativa nonnumquam quodam modo dici potest.*** Most. 52 quasi invidere *hoc* mihi videre, Grumio, *quia* (för det att) mihi benest et tibi malest; Aul. 418 istuc male factum arbitror, *quia* (deri att) non latus fodi; 643 facin injuriam mihi an non? *Eu. quia* non pendes, maxumam; Cist. 2, 2, 7 vix exsculpsi ut diceret, *quia* (derigenom att) ei promisi dolium vini dare. — ***Conferendus est nostri populi sermo, in quo causales conjunctiones (alldenstund, emedan) sæpe adhibentur, quum potius explicativas (derigenom att, dermed att) postulat sententia.***

Adnot. 5. **Nisi quia** (cfr *nisi quod* p. 18) = **utom att, blott att, men, dock.** Ps. 568 quo id sim facturus pacto, nil etiam scio, *nisi quia* futurumst *men ske skall det;* 107; Truc. 4, 3, 12, Rud. 1025, Pers. 4, 3, 84, Trin. 938, Cist. 2, 1, 19. *Ter.* Eun. 736, 998.

Adnot. 6. **Conjunctivus** ***sæpe invenitur, et quum ponitur primaria sententia et quum non ponitur*** (cfr p. 20). Ep. 416 te pro filio facturum dixit rem esse divinam domi, *quia* Thebis salvos *redierit;* Most. 521 mortuom illum credidi expostulare, *quia percussissem* foris; Mil. 860 excruciabit me erus, — *quia* sibi non *dixerim;* — Ps. 336 qui dum? *Ba. quia*, si ego emortuos sim, Athenis te *sit* nemo nequior; Merc. 405 qui vero? *De. quia* — flagitium *sit*, si sequatur; B. 461, Cas. 260, Most. 1107, Ps. 318, Trin. 884. — Capt. 705 quor es ausus mentiri mihi? *Ty. quia* vera *obessent* (pot. præt.) *kunde ha skadat;* Poen. 691 *Ly.* dixerunt te (hospitium) quæritare a muscis. *Col.* minume gentium. *Ly.* quid ita? *Col. quia* a muscis *si* mi hospitium *quærerem*, adveniens *irem* in carcerem recta via (conj. irr.) — As. 844 **non eo quia** tibi **non cupiam** *(icke som om jag ej önskade* dig —) quæ velis: verum istam amo.

B. Quoniam.

Quoniam (= quom jam) ab initio **temporalem habet vim (= då nu, sedan nu)**, quod ex nonnullis apud Plautum exemplis perspicuum est. Amph. 586 qui, *quoniam* erus quod imperavit neglexisti persequi, nunc venis etiam ultro inrisum dominum du som, *sedan du icke brytt dig om* — nu kommer —; Trin. 149 *quoniam* hinc profectust peregre Charmides, thensaurum demonstravit mihi *då nu C. reste härifrån* — visade han mig —; As. 711 nunc *quoniam* ambo nos, ut est conlubitum, delussisistis, datisne argentum? Aul. 9 is *quoniam* moritur (præs. hist. *då han nu dör)*, ita avido ingenio fuit, numquam indicare id filio voluit suo.

Sæpius tamen causalis est significatio[1]**: eftersom nu** *(ju, en gång).*

1. Præsens. Amph. 835 vera dico, set nequiquam, *quoniam* non vis credere; Rud. 1122, Mil. 839 *quoniam* æmulari non licet, invides; Ps. 7 *quoniam* id fieri non potest, necessitas me subigit, ut te rogitem; St. 411; — Amph. 396 quod tibi lubet fac, *quoniam* pugnis plus vales; Most. 837; — Amph. 62 *quoniam* hic servos quoque partis habet, faciam, sit tragicomoedia; As. 161, Trin. 989 sero *quoniam* advenis, vapulabis; Rud. 1050; — Ps. 293 *quoniam* pietatem amori video tuo prævortere: *(så vill jag fråga dig)* omnes [homines] tibi patres sunt?

2. Perfektum. Amph. 266 *quoniam* formam hujus cepi in me et statum, decet et facta moresque hujus habere me similis item; St. 676 *quoniam* nuntiatumst istarum venturos viros, ibi festinamus omnes; Capt. 242. — Amph. 184 illi edepol, si merito meo referre studeant gratias, aliquem hominem adlegent, qui mihi os occillet probe, *quoniam* bene quæ in me fecerunt ingrata ea habui; Capt. 930, As. 152, 950.

Adnot. **Quoniam** ***etiam in narrationibus invenitur:***

a. ***Præsens historicum.*** Rud. 67 *quoniam* video virginem asportarier, tetuli et ei auxilium et lenoni exitium semul; Trin. 14, B. 290—292 *quoniam* sentio quæ res gereretur, navem extemplo statuimus. *quoniam* vident nos stare, occeperunt ratem servare in portu; 299, 304 *quoniam* extemplo vident —; Men. 480 *quoniam* sentio —; Cas. 583, Poen. 665 inde huc aufugit, *quoniam* capitur oppidum; Cist. 1, 3, 16.

b. ***Perfectum historicum.*** Capt. 30 *quoniam* heri indaudivit — captum esse equitem, nil pretio parsit, filio dum parceret; Mil. 129 *quoniam* inspexi mulieris sententiam, cepi tabellas,

[1] Nonnullis locis pro certo statui non potest, utrum sit significatio temporalis an causalis; vide exempla. (cfr Lübb. p. 185—188).

consignavi clanculum; B. 673 *quoniam* occassio ad eam rem fuit, ut quantum velles tantum sumeres, sic hoc digitulis duobus sumebas?

3. Futurum (perraro). Trin. 112 *quoniam* hinc iturust ipsus in Seleuciam, mihi commendavit virginem gnatam suam.

C. Quando.

1. Præsens. Curc. 146 si lubet, neque voto neque jubeo, *quando* ego te video inmutatis moribus esse; Men. 624 taceo jam, *quando* hic rem non meminit suam; Trin. 382, 573, 918, Curc. 662, Amph. 926; Pers. 2, 2, 41 abi jam, *quando* ita certa res 'st; 5, 2, 25, Men. 642, 203; Rud. 1182 eamus intro omnes, *quando* operam promiscam damus; Mil. 1227 patiar, *quando* ita Venus volt; Merc. 473, 535, Amph. 390, As. 270; Amph. 440 nunc *quando* ego sum, vapulabis, ni hinc abis; Men. 693, 122, Amph. 265 *quando* imagost hujus in me, certumst hominem eludere; Curc. 217; — Men. 802 *quando* te auratam et vestitam bene habet, meliust sanam mentem sumere; Pers. 2, 2, 41 *quando* leno est, nihil mirum facit; Mil. 705 *quando* habeo multos cognatos, quid mihi opus est liberis? Men. 158 age sane igitur, *quando* æquom oras, quam mox incendo rogum?

2. Perfectum. St. 518 *quando* ita rem gessistis, pax conmerciumquest vobis mecum; Mil. 1269 induxi in animum ne oderim item ut alias, *quando* orasti; Curc. 640 serva me, *quando* ego te servavi sedulo; B. 445 ne attigas puerum istac caussa (för *den* sakens skull), *quando* (alldenstund) fecit strenue; Rud. 1389 *quando* ergo erga te benignus fui — *tum* te mihi benigne itidem addecet bene merenti bene referre gratiam; Curc. 527, Amph. 893, Mil. 1085.

D. Quandoquidem *(quando quidem)*.[1]

1. Præsens. Merc. 171 obsecro hercle oroque ut, istuc quid sit, actutum indices: *quandoquidem* mihi supplicandum servolo video meo; Truc. 2, 7, 8; Merc. 933 quin pedes vos in curriculum conjicitis in Cyprum recta, *quandoquidem* pater mihi exilium parat? 180 eloquar: *quandoquidem* me oras; Pers. 4, 4, 90 *quandoquidem* hic servio, hæc patria est mea; St. 485 *quando quidem* tute ad me non vis promittere, vin ad te ad cenam veniam?

2. Perfectum (perraro). Merc. 619 perge, excrucia, carnufex, *quandoquidem* occepisti semul; St. 559.

Adnot. Nullum* conjunctivi *exemplum post* quoniam, quando, quandoquidem *apud Plautum inveni.

E. Quom.

1. Præsens. Truc. 2, 4, 8 hicin cenas hodie, salvos *quom advenis?* B. 536 salvos *quom* peregre *advenis*, cena detur; Curc. 561 salvos *quom advenis* — numquam delinges salem; — cfr, Truc. 1, 2, 26 peregre *quoniam advenis*, cena datur; St. 471 cenem illi aput te? *Ge. quoniam salvos advenis;* Trin. 991 *salvos quando (e)quidem advenis*, di me perdant, si te flocci facio an periisses prius; — Rud. 244 tu facis me quidem vivere ut nunc velim, *quom* mihi te licet tangere; Cas. 7, Merc. 522, 577, Ps. 477, Cist. 1, 1, 117, Trin. 900. — Truc. 2, 1, 32 nec satis accipimus, satis *quom* quod det non habet; St. 81 quid mihi opust decurso ætatis spatio cum meis gerere bellum, *quom* nil quam ob rem id faciam meruisse arbitror? Most. 29 nam ego illum corruptum duco, *quom* his factis studet; 1156; Amph. 1134.

---

[1] duobus locis **quando equidem** sunt qui legant: Trin. 352 quod non habes habeas velim, ***quando equidem*** (sic Studem. cod. amb.) nec tibi bene esse pote pati neque alteri; 991 (cfr Brix. Trin. Krit. Anh. 611).

2. **Perfectum.** Poen. 1138 tua pietas plane nobis auxilio fuit, *quom* tu huc advenisti hodie in ipso tempore; Curc. 105 *quom* adhuc naso, odos, opsecutu's meo, da vicissim meo gutturi gaudium; As. 82; Ps. 907 di mihi Caludorum volunt servatum esse et lenonem extinctum, *quom* te adjutorem genuerunt mihi tam doctum hominem atque astutum; As. 80 *præsertim quom* is me dignum, quoi concrederet, habuit, me habere honorem ejus ingenio decet; Capt. 423.

Adnot. 1. **Quom** *nonnumquam ad correlatum refertur.* Rud. 1234 *isto* tu's pauper, *quom* nimis sancte piu's; Truc. 1, 2, 50, Ps. 822 *hoc* hic quidem homines tam brevem vitam colunt, *quom* hasce herbas hujus modi in suum alvom congerunt.

Adnot. 2. **Conjunctivus** *nonnullis locis invenitur apud Plautum* (et Terentium), *ita tamen, ut* **non propter illam causæ significationem ponatur**[1] (cfr. supra p. 20). B. 908 quid intro ibis? *Ch.* ut eum dictis plurumis castigem, *quom* hæc hic facta ad hunc *faciat* modum; Pers. 2, 4, 20 male loquere? *Pa.* tandem ut liceat, *quom* servos *sis*, servom tibi maledicere; Trin. 733 fieri non potest, ut eam perpetiar ire in matrimonium sine dote, *quom* ejus rem penes me *habeam* domi: Mil. 1343 nequeo quin fleam, *quom* aps ted *abeam*; Men. 363 mihi mira videntur te hic stare foris, fores quoi pateant magis, quam domus tua, domus *quom* hæc tua *sit;* Capt. 146 alienus *quom* ejus incommodum tam ægre *feras*, quid me patrem par facerest, quoi illest unicus? St. 556 videlicet parcum fuisse illum senem, qui dixerit, *quom* ille illi qui pollicetur eum cibum *poposcerit.*

F. Quod.

Quod apud Plautum rarissime ita adhibetur, ut ab eo incipiant adverbiales sententiæ causales[2]. B. 668 numqui tibi nummi excidere, *quod (eftersom* — causa logica) sic terram optuere? Most. 17 rus mihi tu objectas? sane credo, Tranio, *quod* te in pistrinum hau scis actutum tradier.

Adnot. 1. **Haut quod** (semel) = **icke derför att, icke som om.** Amph. 503 quid istuc est, mi vir, negoti, quod tu tam subito domo abeas? *Jup.* edepol *haut quod* tui me neque domi *distædeat: set* ubi summus imperator non adest ad exercitum, citius quod non factost usus *fit* quam quod factost opus.

Non quo (semel) = **icke som om, non quin** (semel) = **icke som om icke** *eodem modo adhibentur.* Amph. 913 *non* edepol *quo* te esse inpudicam *crederem: verum periclitatus sum* animum tuum; Ter. Eun. 96, Haut. 554; cfr Ps. 565 me *idcirco* facinora promittere, *quo* vos oblectem — neque *(och som om jag icke)* sim facturus quod facturum dixeram; Trin. 341 non *eo* hæc dico *quin* quæ tu uis ego *velim* et *faciam* lubens.

Adnot. 2. *Quemadmodum* **quod causale** *apud aureæ ætatis scriptores multo sæpius adhibetur quam apud Plautum, ita* **quando** *(quandoquidem)* **causale** *minus sæpe apud eos quam prisco in sermone usurpatur. Atque apud Ciceronem* **quando (qn)** *in hac significatione mendose scriptum esse pro* **quoniam,** *homines docti suspicati sunt* (cfr Madv. Fin. V. § 21).

II. Objectivæ enuntiationes causales.

Objectivæ sententiæ causales incipiunt a **quia, quom**[3], **quod** conjunctionibus.

Secundaria sententia objectum est **activæ notionis**[4], quæ significat: **berömma, tadla, anklaga, tacka, lyckönska, trösta** aut est verbum affectus: **vara glad, lycklig, ledsen, vred, undra, blygas** similia.

---

[1] cfr Lubbert. p. 124—131.

[2] cfr Lübb. p. 104 "Ob Plautus überhaupt *quod* schon in causaler Bedeutung kenne, ist sehr zweifelhaft". Tamen observandum est Lübbertum **quod** post verba affectuum **explicativum** putare.

[3] cfr p. 16 not. 3.

[4] ea notio personaliter, impersonaliter, active, passive significari potest.

A. Quia.

Prædicatum primariæ sententiæ est

1. Verto vitio, loquitor male, loquor nec recte, inclamo, maledico, — consolor. Capt. 259 neque pol tibi nos, *quia* nos servas, æquomst *vitio vortere;* B. 804 *loquitatusne* es gnato meo *male* per sermonem, *quia* rei id aurum reddidit? 736 mihi usque *loquitur nec recte*, pater *quia* tibi aurum *reddidi* et *quia* non te *defraudaverim;* Mil. 1035 me *inclamato*, *quia* sic te volgo *volgem;* Truc. 2, 2, 11 quid tibi ego *maledico? Str. quia* me truncum lentum nominas; Trin. 395 hoc unum *consolatur* me atque animum meum, *quia* qui nil aliut nisi, quod sibi soli placet, consulit advorsum filium, nugas agit.

2. Gaudeo, volup est, lætus sum. Amph. 958 *quia* vos tranquillos video, *gaudeo et volup est* mihi; St. 506; Mil. 1222 quam *lætast*, *quia* ted adiit; 387 ego *læta* visa, quia soror *venisset.*

3. Doleo, discrucior, excrucior, maceror, lamentor, crucior, adflicto, lacrumo, lacrumas elicio, acerbum est, pudet, piget, suscenseo, iratus sum, ægre patior, miror. St. 34 an *id doles*, *quia* suum officium non colunt? Capt. 153 huic *illut dolet*, *quia* nunc remissus est edundi exercitus; Aul. 105 *discrucior* animi, *quia*[1] ab domo abeundumst mihi; Rud. 389 *hoc* sese *excruciat* animi, *quia* leno ademit cistulam ei; Cist. 1, 1, 78, stultitia pejus misera *maceror*, *quia* illum mi exoptavi; Mil. 1031 *lamentari* ait illam miseram, *cruciari* et lacrumantem *se adflictare*, *quia* tis (= tui) egeat, *quia* te careat; 7, 1327, Trin. 290; Mil. 1210 *istuc* mihi *acerbumst*, *quia* ero te carendumst optumo; Pers. 3, 3, 23 *id* tibi *succensui*, *quia* te negabas credere argentum mihi; Mil. 694 *quia* nil *apstulerit*, *suscenset* toraria; Merc. 923 mater *iratast* patri vehementer, *quia* scortum sibi ob oculos *abduxerit* in ædis; Cist. 1, 1, 103; As. 832 possum inducere animum, ne *ægre patiar*, *quia* tecum adcubat; Ps. 280 hunc *pudet*, *quia* minas viginti tibi pro amica non dedit; 282 me, *quia* non accepi, *piget;* Curc. 449 quid *mirare? Lu. quia* enim in cavea si forent conclussi —, ita non potuere uno anno circumirier.

Adnot. In primaria sententia, maxime si prædicatum significationem **doloris** habet, ***neutrum pronominis (id, hoc, istuc, illud) poni potest.***

B. Quom.

Prædicatum primariæ sententiæ est

1. Laudo, queror. Capt. 151 *laudo*, malum *quom* amici tuum ducis malum; As. 517 meas *queror* fortunas, *quom* illo, quem amo, prohibeor.

2. Gratiam *(gratias, grates, laudes)* **habeo, gratias** *(grates, laudes)* **ago, gratiam refero, ecquid gratiæst? rem divinam facio, obnoxius sum, gratulor.** Capt. 374 *habeo gratiam* tibi, *quom* copiam istam mi facis, ut — remittam nuntium; Curc. 699, Trin. 505; Poen. 1275 dei deæque omnes, vobis *habeo* merito magnas *gratias*, *quom* hac me lætitia adfecistis tanta et tanteis gaudieis; As. 546 *laudes gratias*que *habemus* magnas — *quom* —; St. 402 *quom* salvos convortor domum, Neptuno *gratis habeo;* Trin 823 *laudes ago* gratas *gratis*que *habeo* — *quom* me reducem faciunt; Pers. 5, 1, 3; Merc. 843 *grates ago;* Capt. 923 Jovi disque *ago gratias* merito magnas, *quom* te reducem reddiderunt; Poen. 1255 *gratias agere* sempiternas; Rud. 908; Capt. 941 *quom* bene fecisti, *referetur gratia*. Poen. 257 *ecquid gratiæst*, *quom* huc foras te evocavi? Rud. 1207 adorna ut *rem divinam faciam* Laribus, *quom* auxerunt nostram familiam;

[1] alii ***quom.***

Capt. 216 *obnoxii* vobis *sumus* propter hanc rem, *quom* quæ volumus nos copiæ facitis nos conpotes; Rud. 1178 *quom* ista res male evenit tibi, Gripe, *gratulor;* 1270, Truc. 2, 4, 33; 2, 6, 36.

Huc etiam ea referri possunt vocabula, quæ significant **deos propitios alicui optare:** Poen. 687 multa tibi dei *dent bona, quom* me salvom esse vis; 667, 209; Capt. 355 di tibi omnes *omnia optata offerant, quom* me tanto honore honestas; Mil. 1419 di tibi *bene faciant* semper, *quom* advocatus bene mi ades.

3. Gaudeo, voluptati est, volup est. Men. 1033 *quom* tu liberas me serio, *gaudeo;* Cas. 417 *quom* nos di juvere, *gaudeo*; Amph. 681, Ep. 711, Men. 1148, Most. 1128, Rud. 1365; 1183 *quom* te di amant, *voluptatist* mihi; Poen. 1412 *quom* istas invenisti filias, ita me di ament, ut mihi *volup est;* 1328 *gaudeo* et *volup est* mihi, *si* quid lenoni huic optigit magni mali, *quomque* e virtute vobis fortuna optigit; Rud. 1176, Mil. 1211.

4. Doleo, crucior. Most. 149 cor *dolet, quom* scio ut nunc sum atque ut fui; Trin. 1170 *quom* ille itast ut eum esse nollo, *id crucior;*

Adnot. 1. **Exclamatio** ***pro enuntiatione primaria nonnumquam ponitur.*** Mil. 1358 *hei mihi, quom* venit mi in mentem, ut mores mutandi sient; Men. 305; Poen. 791 *eheu, quom* ego habui hos ariolos haruspices; Capt. 995.

Adnot. 2. Neutrum pronominis raro ponitur. Mil. 1211 *id* volup est, Trin. 1170 *id* crucior.

C. Quod.

Prædicatum in prim. enunt. est

Inclamo, beo, crucior, suscenseo, miror. As. 584 hospitem *inclamavit, quod* sese apsente mihi fidem habere *noluisset;* Mil. 468 nimis *beat, quod* conmeatus transtinet trans parietem; Capt. 996 *quod* male feci, *crucior;* 943 te nolim *suscensere, quod* ego iratus ei feci male; B. 523; Poen. 1374 ne *mirere*, mulieres *quod* eum sequuntur; B. 1073.

Adnot. 1. **Conjunctivus** ***invenitur nonnumquam post*** **quia,** ***numquam post*** **quom,** ***perraro post*** **quod.**

Adnot. 2. Ex iis, quæ supra diximus, apparet objectivas enuntiationes causales apud Plautum longe sæpissime a **quia, quom,** ***raro a*** **quod** ***incipere*** (nonnumquam acc. c. inf. cfr Kühn. p. 509). ***Terentius neque*** **quia** (Eun. 586 gaudeo, Ad. 596 gratias ago, And. 376 suscenseo) ***neque*** **quom** (Lübb. p. 107) ***neque*** **quod** (Eun. 82 graviter fero) ***sæpe adhibet. Apud aureæ autem ætatis scriptores hujus generis sententiæ aut a*** **quod** ***incipiunt aut in*** **acc. c. inf.** ***ponuntur, nisi quod post*** **verba laudandi et gratulandi** conjunctio **quum** ***invenitur*** (cfr Madv. Fin. 1. cap. 4) ***et quidem*** **cum indicativo** ***junctum.*** **Quia** ***apud eos rarum est.*** Cic. pro Sulla 18, 50: *reprehendis* me *quia* defendam.

Adnot. 3. **Quoniam** ***num post verba affectuum inveniatur, dubium est*** (Most. 432, Amph. 642, Pers. 2, 3, 4; lectio **quoniam** in codicibus non nititur). Vide Lübb. pag. 103.

Enuntiationes consecutivæ.

Sententiæ consecutivæ in conjunctivo ponuntur.

I. Adverbiales enuntiationes consecutivæ.

Incipiunt ab **ut** (uti)[1] = *att, så att,* **ut non**[2] = *att icke, så att icke.*

In primaria sententia

A. Ponitur correlatum demonstrativum *(adverbium, adjectivum),* quo unum aliquod vocabulum determinatur.

1. Correlatum est adverbium: *ita, sic, eo modo, adeo, adeo usque, tam.* Mil. 775 *ita* magnus est moechus mulierum, *ut neminem* fuisse adæque credam; As. 25 *ita* me opstinate adgressu's, *ut non* audeam; Rud. 730 *ita* te ornatum amittam, tu ipsus te *ut non* noveris; Men. 1067, Capt. 844; Amph. 844 delenitus sum profecto *ita* (till den grad förtrollad), *ut* me qui sim nesciam; Mil. 1174, 1290; Men. 19 *ita* forma simili (sunt), *ut* mater *non* internosse posset; Cist. 1, 1, 10 *ita* nos lepide atque nitide accepisti, *ut* semper meminerimus; Ps. 927 *sic* illum dolis in timorem dabo, sese *ut* neget esse eum, qui siet; Amph. 1023 frangis fores *eo modo, ut* profecto vivas ætatem miser; Trin. 140 subigis maledictis me *adeo, ut* quod meæ concreditumst taciturnitati — *ut* mihi necesse sit id tibi concredere (*ut* anacoluthice iteratum); Merc. 35 nullus amator *adeost* callide facundus — *ut* possit loqui; B. 508 *adeo* illam cogam *usque* (ända därhän), *ut* mendicet meus pater; Cic. Flacc. 23 *usque adeo;* Rud. 756 erit *tam* sincerum, *ut* quivis dicat optumum esse.

Adnot. *Locutiones* **ita non — ut, adeo non — ut, tantum abest — ut — ut,** quæ apud ceteros scriptores frequentantur, ***a sermone Plautino alienæ sunt.***

2. Correlatum est adjectivum: *talis, tantus, is.* Merc. 999 spero mihi tempus *tale* eventurum, *ut* tibi referam gratiam; As. 313 *tantum* facinus inveni, *ut* dicamur dignissumi esse, quo cruciatus confluant; Poen. 1186 *eo* sumus gnatæ genere, *ut* deceat nos esse a culpa castas; Cas. 47.

Adnot. **Major** *(magis)* **quam ut** (= tantus ut non, *allt för stor för att)* ***apud Plautum non inveni*** (cfr p. 12 Adn. 2).

B. Correlatum non ponitur.

B. 1021 me meliorem fecit præceptis suis, *ut* te ei habere gratiam æquom sit; Men. 712 quid tandem admisi in me, *ut* loqui *non* audeam? Mil 70 ad sese arcessi jubent: *ut* tuo *non* liceat operam dare negotio; Poen. 244, Amph. 313, 630, Ps. 140.

Adnot. 1. **Ita, adeo** ***vocabula nonnumquam sic adhibentur, ut ad nullum antecedentis enuntiationis vocabulum pertineant.*** As. 282 maxumas opimitatis suis eris pariet, *adeo ut* ambo nobis sint obnoxii; Capt. 66; Nep. 2, 1 *adeo ut;* Cæs. B. G. 1, 12 *ita ut*; Cic. Inv. 154 *usque adeo ut.*

Adnot. 2. ***Talia exempla, qualia sunt:*** **oratio scripta elegantissime, ut nihil possit ultra** (Cic. Att. 15, 1, B. 2); **id mihi sic erit gratum, ut gratius esse nihil possit** (Fam. 13, 31, 1;

[1] de sententiis incipientibus ab *ut* cfr B. Dahl "Die lateinische partikel *ut*". Kristiania 1882.

[2] ***quin consecutivum*** eodem loco atque ***quin finale*** tractabitur.

cfr Nep. Att. 10, 1, 5) ***apud Plautum non inveni; cfr tamen*** Pers. V, 2, 2 solus omnibus antideo, *miserrumus* hominum *ut* vivam.

II. Objectivæ[1] enuntiationes consecutivæ.

Incipiunt ab **ut** (uti) = *att, så att,* **ut non** = *att icke, så att icke;* inveniuntur post

A. Verba faciendi.

Facio frequenter occurrit, vel posita vel omissa particula *ita.* Capt. 856 *ita* faciam, *ut* cupias facere sumptum; Ps. 923, Amph. 380, B. 352; Amph. 555 *facis, ut* tuis *nulla* aput te fides sit; 876, Poen. 165 ego *faciam, ut* facias; Capt. 931 fecisti, *ut* tibi *numquam* referre gratiam possim.

Formæ imperativæ (face, fac, facito, facite) ante ceteras usurpantur, et quidem sæpissime ad circumlocutionem efficiendam. Trin. 800 uxorem hanc rem *uti celes face;* As. 90, Men. 948, 1016, Truc. 2, 5, 25; Capt. 337 *fac* is homo *ut* redimatur; Amph. 978, Rud. 1088, 1218, Poen. 580, 981 hæc curata *sint fac — atque ut* ministres mihi. Aul. 257 *facito ut memineris;* B. 328, Curc. 210, Ps. 515, Pers. 3, 1, 60; Merc. 565 *facito ut cogites,* St. 519, Men. 437 *facito ut venias;* Mil. 1177, Capt. 689, Cas. 524, Cist, 1, 1, 65 *facito ut scias;* B. 36 *facito ut subvenias;* Merc. 278, 279, St. 148 *facito ut sciam;* B. 1153 *facito ut facias;* Cist. 1, 1, 63; St. 309 fores *facite ut* pateant; Mil. 1395, Ps. 163, 177, Most.78, St. 65, Curc. 314. **Sæpe apud Ciceronem:** de Or. 2, 195, Verr. 2, 10, 3, 3; Fam. 7, 4, 1; 7, 10, 4; 9, 6, 6.

Adnot. Subjectum consecutivæ enuntiationis sæpe anticipatur, ut nostri ajunt, ita ut objecti fungatur munere in primaria sententia. Aul. 443 ego *te faciam,* miserrumus mortalis *ut* sis; Most. 389, Amph. 297, As 28, 140, Capt. 609, Cist. 3, 14, Pers. 3, 1, 54, 3, 3, 10, Poen. 479. ***Etiam prædicativum subjecti in primariam sententiam attrahi potest.*** Aul. 797 cur ejulas, quem ego *avom feci* jam *ut esses* filiai nuptiis? Pers. 5, 1, 8 omnes *hilaros faciam ut fiant;* Poen. 453 nec potui *propitiam* Venerem *facere ut* tandem esset mihi; 1289 illam *totam faciam uti* sit merulea; Ep. 606 *exitiabilem* ego illi *faciam* hunc *ut* fiat diem.

Efficio, conficio, exsequor, perpetro, exterebro (= utpressa), **committo** (= låta gå derhän, vara skuld till). Most. 416 *efficiam, ut* liqueant omnia; Ps. 464 *conficiet* jam te hic verbis, *ut* tu censeas non Pseudulum, set Socratem tecum loqui; As. 103 *perficite,* argentum *ut* habeat; Merc. 935 certum *exsequist,* operam *ut* sumam ad pervestigandum, ubi sit illæc; Aul. 450 neque in periclis umquam *committam ut* siet; B. 1037.

Adnot. Ad demonstrandam consecutivam enuntiationem **neutrum pronominis** ***poni*** **objectum** ***in primaria sententia potest, ita ut nonnumquam in dubium vocari possit, consecutiva sententia utrum*** **adverbialis** ***an*** **objectiva** ***sit, id quod tum quoque dubium est, quum neutrum pronominis auditur ante relativam sententiam.*** Aul. 365 unum *hoc faciam, ut* in puteo cenam coquant; Aul. 740 cur *id* ausu's facere, *ut* id, quod non tuom esset, tangeres? 480; Mil. 936 *efficiam hoc, ut* concubinam hospes habeat hodie; St. 640 neque ego *hoc committam, ut* me esse homines mortuom dicant fame; Pers. 2, 2, 55 numquam *istuc exterebrabis, ut* sis pejor, quam ego siem; Cas. 701 *id* perpetrem, quod coepi, *ut* nubat mihi; Amph. 185 *facit quod solent, ut* quid se sit dignum sciat; Curc. 258 *facit quod pauci, ut* sit magistro suo opsequens; Mil. 346, Poen 422.

---

[1] cfr p. 24 not. 4.

B. Verba cogendi.

Cogo, adigo, subigo, perpello, induco, perduco. Prædicatum principalis sententiæ cum objecto personæ sæpe jungitur. Most. 893 potes *cogere me, ut* tibi male dicam; Men. 877 *me cogunt, ut* insaniam; Mil. 1006 *me adigit,* se *ut* amem; Poen. 290 *lapidem subigere, ut* se amet, potest; Trin. 848 *subigor ut* dicam; Pers. 2, 2, 12; Most. 917 *subegi* argentum *ut* sumeret; Ep. 87 *perpuli senem, ut* conseret suam sese emere filiam; B. 644; Mil. 253 *hunc inducamus, ut* credat; Merc. 349 nec potis videtur *induci, ut* putet —; Most. 198 nequis *perduci, ut* hæc credas.

C. Verba accidendi.

Fit, fieri potest, fieri non potest, potest, potis (est), potin (potine), est, prope adest, quid propius fuit quam, optingit, evenit. Men. 359 huic ultro *fit,* potissimus *ut* sit domi; Cist. 1, 1, 12; Poen. 1056 qui *potuit fieri, ut* Carthagini gnatus sis? Trin. 731 honeste *fieri non potest, ut* eam perpetiar ire in matrimonium sine dote; Amph. 567; Ps. 633 *potest*[1] *ut* alii ita arbitrentur; Pers. 2, 1, 8 *potin ut* taceas (kan du inte tiga)? Poen. 916, Ps. 940; Ps. 393 *potin ut* abeas? Amph. 903 *potin ut* abstineas manum? Rud. 425; Ps. 235 *potin* aliam rem *ut* cures? Merc. 495; Mil. 926 *potin ut* quiescas? Men. 466 *potine ut* quiescas; Merc. 890, Most. 396, Trin. 628, Ps. 264. Poen. 1072 si *itast, ut* tu sis Jahonis filius; Aul. 276 probrum atque partitudo *prope adest ut* fiat palam; Mil. 475 quid *propius fuit quam ut* perirem? Pers. 4, 3, 74 neque mi haud imperito *eveniet,* tali *ut* in luto hæream; B. 1069, Mil. 889.

Adnot. 1. Post ea autem verba, quæ sunt* accedit, sequitur, restat, reliquum est, *nullum invenitur apud Plautum exemplum consecutivæ sententiæ.

Adnot. 2. Ad neutrum pronominis demonstrativi sententia consecutiva sæpe refertur. As. 478 *id* tibi fiet, *ut* vapules; Amph. 432 factumst *illut, ut* ego hirneam ebiberim; Amph. 592 quo *id* pacto potest fieri, nunc *uti* et hic sis et domi? St. 593 *Ep.* unum *hoc* potest. *Ge.* quid? *Ep.* ubi convivæ abierint, tum *ut* venias; B. 35 si *hoc* potis est, *ut* tu taceas, ego loquar; Ps. 1319 *hoc* numquam ratus sum fore mihi, tibi *ut* fierem supplex; Mil. 1246 nulli scio optigisse *hoc* nisi duobus, tam *ut* amarentur; Most. 173 virtute formæ *id* evenit, te *ut* deceat; Poen. 1170, Ps. 685.

D. Verba ac locutiones, in quibus inest quædam accidendi notio.

Mirum est, verum est, non verisimile est, usus est, opus est, æquum est, convenit, consentaneum est, par est, nihil melius est quam, quid potiust quam, optimum factu est, optimum est, satis est, sufficit, ex tua re est, in rem tuamst. Merc. 240 illud videri *mirum, ut* capra dotem ambederit; Cic. Div. 2, 60; Most. 13 nec *verisimile* loquere nec *verum,* comesse *ut* quisquam absentem possiet; Cic. Læl. 14, R. Am. 141; Mil. 1132 ad me *ut* veniat, *usust;* Ep. 166; Ter. Haut. 81; Truc. 2, 6, 19 tibi *opus est,* ægram *ut* te adsimules; Ps. 740; Truc. 5, 10; Tac. Dial. 31; Rud. 1230 *æquum* videtur, *ut* dicam? Capt. 649 H. *convenit. Ty. ut* quidem *(ja det slår in att —)* ego pessume processerim; Cic. Flacc. 17; B. 139 non *par* videtur neque sit *consentaneum* — pædagogus *ut* siet; Ps. 1120 nec quicquamst *melius quam ut* hoc pultem; Men. 832, Rud. 220; B. 491 *satin* (är det möjligt) *ut,* quem habeas fidelem, nescias? Mil. 1117 quid *potiust* quam *ut* tute adeas? Ps. 336 *ex tua re non est, ut* ego emoriar; Rud. 220 quid *magis in remst* quam corpore vitam *ut* secludam? Ps. 338.

Adnot. Neutrum pronominis nonnumquam ponitur. Aul. 582 *hoc* factust optumum, *ut* ted auferam; Ps. 185; Trin. 485 hoc cogites, *id* optumum esse, *uti* sis optumus; Aul. 154 in rem *hoc* tuamst, *ut* ego emoriar; Merc. 240.

[1] var. lect.

E. Consecutiva sententia explicat aliquam præcedentis sententiæ notionem, *ita ut significet, in qua re notio illa cernatur* (cfr enunt. rel. p. 12 C. 4)[1].

Explicatur per sententiam consecutivam

1. Substantivum, pronomine posito vel omisso. Amph. 46 *ille* numquam *mos* fuit patri meo, *ut* exprobraret quod faceret boni; Merc. 513 nec *mos* meust, *ut* prædicem; Curc. 377 habent *hunc morem*, *ut* poscant; Ps. 492 nolebam ex me *morem* progigni malum, erum *ut* servos criminaret; — Cic. Brut. 84; Verr. 1, 66, 2, 158; Liv. 32, 34, 5; Cæs. B. C. 1, 48 *consuetudo* eorum est, *ut* non eant; — Men. 966 *spectamen* (pröfvosten) bono servo *id* est, *ut* rem eri tutetur; Curc. 663 *Cu.* ego dotem dabo. *Th.* quid *dotis? Cu.* Egone? *ut* semper, dum vivat, me alat; Poen. 625. *istic* est *thesaurus* stultis in lingua situs, *ut* quæstui habeant male loqui melioribus; Amph. 646 *id* si *mercedis* datur mi, *ut* meus vir clueat, satis mi esse ducam; Liv. 6, 40, 9; Cas. 390 deos quæso, mihi ut *sortitio* eveniat — *Ch. ut* quidem pedibus pendeas; Aul. 220 haud decorum *facinus* facis, *ut* inopem inrideas; As. 801 *hæc multa* ei esto, vino viginti dies *ut* careat; Capt. 494 inrogabo *multam*, *ut* mihi cenas decem dent; Mil. 977 hercle *occasionem* lepidam, *ut* mulierem exludam; B. 673; 422 nego tibi *hoc* fuisse *copiæ*, digitum longe a pædagogo pedem *ut* ecferres ædibus; Mil. 769, Merc. 990; B. 606 in *eum* hæc revenit res *locum*, *ut* quid consili dem nesciam; Ter. Ph. 175, Haut. 359; Cic. Fam. 5, 21, 3; B. 1041 duæ *conditiones* sunt: utram accipias vide; vel *ut* aurum perdas vel *ut* amator pejeret; Most. 27 *hocine* esse *officium* servi existumas, *ut* eri corrumpat rem? Ps. 913 fuit meum *officium*, *ut* facerem.

2. Neutrum pronominis *(adjectivi)*, sæpius positum quam omissum. Pers. 1, 1, 43 *hoc* meum est, *ut* faciam sedulo; As. 190 nec meum quidem (est), ad te *ut* mittam gratiis; Capt. 581 est miserorum, *ut* malevolentes sint; Most. 789 *antiquom* optines hoc tuum, tardus *ut* sis; Curc. 129 *Ph.* huic quid primum dicam, nescio. *Pa.* Hem, istuc quod mihi dixti. *Ph.* quid id est? *Pa.* periisse *ut* te dicas; Cic. Sest. 43 quid erat bis vincere? *id* profecto, *ut*, cum tribuno plebis cum decertassem, cum consulibus dimicarem. Ter. Eun. 395 est *istuc* datum profecto, *ut* grata mihi sint quæ facio omnia; Cic. Pis. 81 *hoc* habet virtus, *ut* delectet; Off. 2, 22, 10 *id* est proprium civitatis, *ut* sit libera; **nisi id unum ut, nisi ut** (cfr *nisi quod* p. 18 Adn. 6; *nisi quia* p. 22 Adn. 5): Most. 278 quid olant, nescias, *nisi id unum*, male *ut* olere intelligas *endast det att du förstår;* Cic. Tusc. 1, 56 si nihil esset in animo, *nisi id*, *ut* per eum viveremus; Most. 992 mihi, *nisi ut* erum metuam et curem, nihil est qui tergum tegam *för mig fins intet medel att skydda min rygg, utom det som består deri att —;* St. 269, Merc. 712; Ter. Eun. 74; Haut. 658.

3. Adverbium: *illuc, ita, sic.* Merc. 39 *illuc* reverti certumst, *ut* coepta eloquar; Ter. Eun. 690 *eo* rediges me, *ut* quid emerim egomet nesciam; Cæs. B. C. 1, 62, 1, 86; Cic. Fin. 2, 28 confugit *illuc*, *ut* neget; — Trin. 234 hoc *sic* faciam, *ut* utramque rem semul exputem; As. 455 *sic* potius (agam), *ut* Demæneto tibi ero præsente reddam; B. 477 *ita*ne oportet rem mandatam gerere amici sedulo, *ut* ipsus in gremio ausculantem mulierem teneat; Cic. Fin. 5, 76 percipiendi vis *ita* definitur a Stoicis, *ut* negent quicquam posse percipi, nisi tale verum, quale falsum esse non possit.

III. Finales enuntiationes consecutivæ.

Ipsa ratio, qua suscipitur actio primariæ enuntiationis, ad id spectat, ut consecutivæ sententiæ actio ad effectum adducatur.

Incipiunt hujus generis enuntiationes a conjunctionibus **ut** (uti) = *så — att* — **skall, må, ut ne, ne** = *så — att icke* — **skall, må.**

[1] cfr Madv. § 374.

A. Actio primaria simpliciter ita comparatur, ut ad alteram actionem efficiendam accommodetur.

1. Ponitur vocabulum demonstrativum in prim. sententia: *ita, adeo, is, hic.* Capt. 47 *ita* conpararunt et confinxerunt dolum, *ut* in servitute hic aput maneat patrem; Ps. 579 *ita* paravi copias, *ut* cum hostibus ubi congrediar — facile *ut* vincam; Trin 642 *itan (med tanken fästad derpå)* tandem hanc majores famam tradiderunt tibi, *ut* virtute eorum anteperta per flagitium perderes? Ep. 355 *ita* suasi seni atque *hanc* habui orationem *(ett tal, som gick ut derpå), ut,* quom redisses, *ne* tibi ejus copia esset; Mil. 148 eumque *ita* faciemus *ut,* quod viderit, *ne* viderit *skola bearbeta honom så, att han inte skall* (tro sig) *ha sett hvad han verkligen har sett;* Most. 389 *ita* patrem faciam tuum, non modo *ne* intro eat, verum etiam *ut* fugiat; B. 224 adveniat, quando volt, atque *ita, ne* sit moræ; Capt. 737 hunc me velle dicite *ita* curarier, *nequi* deterius huic *sit* quam quoi pessumest; 794; Poen. 909 *ita* dei faxint, *ne* apud lenonem hunc serviam; Capt. 267 ne *id* quidem involucri injicere voluit, vestem *ut ne* inquinet *ej ens breda ett sådant omhölje öfver, att han ej måtte söla ned kläderna;* Mil. 588 qui *adeo* admutiletur, *ne* id quod vidit viderit; Ter. Ph. 974 *ita* illam incensam dabo, *ut ne* restinguas; Haut. 783 *ita* istaec misceto, *ne* me admisceas; Ph. 768; Cic Fin. 2, 69 nos virtutes *sic* natæ sumus, *ut* tibi serviremus; 2, 64 Epicurus utebatur *iis* exercitationibus, *ut* ad cenam et sitiens et esuriens veniret; Liv. 40, 15, 6 *ita* me gessi, *ne* tibi pudori, *ne* regno tuo, *ne* genti Macedonum essem; Cæs. B. C. 3, 56 *tantum (blott så långt)* a vallo Pompei prima acies aberat, *uti ne* in eam telum tormentumve adigi posset *måtte kunna.*

2. Vocabulum demonstrativum omittitur nonnumquam, præcipue post *facio, potin (est).* Most. 422 illi hoc dicito: facturum, *ut ne* etiam aspicere hasce ædis audeat; 1145 fac ego *ne* metuam; Cist. 2, 1, 56 faxint, *ne*[1] dem savium Silenio; Pers. 2, 4, 16 potin *ut* molestus *ne* sies? Men. 606, Truc. 5, 5, Ep. 63, Merc. 779 potine *ut ne* —? Merc. 441 potine *ut ne* licitere advorsum mei animi sententiam? B. 751 potin *ut* cures te *atque ut ne* parcas mihi? potin *ne* moneas? Ps. 633 potest *ut* alii ita arbitrentur et ego *ut ne* credam tibi; Mil. 725 æquom fuit deos paravisse, uno exemplo *ne* omnes vitam viverent; 185 *Pa.* hoc ei dicito: ne hercle usquam artem et disciplinam apstineat colere. *Pe.* quem ad modum (hur då)? *Pa.* ut (jo, så att) eum, qui se hic vidit, verbis vincat *ne* is se viderit *han med sina ord må få så makt med honom, som här har sett honom, att han ej skall* (tro sig) *ha sett honom;* Capt. 456 servate istum intus, servi, *ne* quoquam pedem eferat sine custodela; Men. 87 quem tu adservare recte, *ne* aufugiat, voles, esca atque potione vinciri decet; Ter. And. 699, Cic. Fam. 10, 12, 5.

B. Admixta est significatio restrictiva (ut = *dock så att)* vel condicionalis (ut = *på det vilkor att, om blott).*

As. 718 licet Fortunam laudem, *tamen ut ne* Salutem culpem *jag har rätt att prisa F., dock på ett sådant sätt, att jag ej derigenom må lasta S.;* Men. 51 si quis quid vostrum Epidamni curari sibi velit, audacter imperato et dicito, *sed ita ut* det, unde curari id possit sibi; Capt. 114 sinito ambulare, si foris, si intus volent: *sed uti* adserventur magna diligentia; Trin. 342 præmonstro tibi, ut *ita* te aliorum miserescat, *ne* tis (= tui) alios misereat *att endast gå så långt i medlidande med andra, att ej andra må behöfva hysa medl. med dig;* Ter. Hec. 447 *tamen ut;* Cic. Sest. 13 *ut tamen;* Off. 2, 64 *sed ita ut;* Fam. 16, 9, 3 *ita* velim omnia facias, *ut ne* quid properes; Liv. 22, 61, 6 *ita — ne tamen.* Poen. 887 numquam quisquam fiet e me certior, nisi ero uni meo indicasso: atque ei quoque, *ut ne (endast på det vilkor, att han icke —)* enuntiet id

[1] var. lect.

esse facinus ex ted ortum. As. 274 ætatem velim servire, Libanum *ut* conveniam *modo* (om blott); Curc. 257 meliorem quam ego sum suppono tibi: nam quod scio omne ex hoc scio. *Ca.* operam *ut* det. *Pa.* dabit; As. 234 set *in leges meas* dabo, uti scire possis, perpetuom annum hunc mihi *uti* serviat; 736 has (minas) tibi nos *pactis legibus* dare jussit. *An.* quid id est quæso? *Le.* noctem hujus et cenam *ut* sibi dares; Cic. Off. 1, 88; R. Am. 55 accusatores multos esse in civitate utile est; *verum tamen* hoc *ita* est utile, *ut ne* plana illudamur ab accusatoribus.

Primaria sententia sæpe significat id, quod quis dat vel accipit (meret) **ea condicione, ut** *(= mot, för det att) quid fiat.* As. 634 quas (minas) ipsi *daturus* dixit, *ut* hanc *ne* quoquam mitteret nisi ad se hunc annum totum; 752 lenæ *dedit* argenti viginti minas, Philenium *ut* secum esset noctis et dies hunc annum totum; B. 873 vis tibi ducentos nummos jam *promittier*, *ut ne* clamorem hic facias *neu* convitium? Truc. 3, 2, 20 rabonem *habeto*, mecum *ut* hanc noctem sies; St. 24 neque sibi *mereat* Persarum montis qui esse aurei perhibentur, *ut* istuc faciat; Men. 218 neque hodie, *ut* te perdam, *meream* deorum divitias mihi; B. 1184 quem quidem ego *ut non* excruciem, alterum tantum auri non *meream* (*non* particula ad notionem verbalem pertinet); Cic. Verr. 4, 32 quid vis nobis *dare*, *ut* isti abs te *ne* auferantur?

Adnot. Ellipticæ enuntiationes consecutivæ.

Sententiæ consecutivæ ex* ut, ut non *pendentes persæpe sic usurpantur, præcipue prisco in sermone, ut per rhetoricam, quam dicunt, interrogationem quadam cum indignitate aut preces alicujus repudientur aut id, de quo mentio facta sit, refutetur vel negetur æquum esse, ita ut ea, de qua agitur, actio fieri non posse indicetur; affero exempli causa Cic. Cat. 1, 20 egredere ex urbe, Catilina, libera rempublicam metu, in exsilium proficiscere. — 22 quamquam quid loquor? **te ut ulla res frangat? tu ut umquam te corrigas? tu ut ullam fugam meditere? tu ut exsilium cogites?** *att något skulle förkrossa dig? — du skulle tänka på flykt?*

Positæ sunt hujus generis enuntiationes in detractione — ellipsi, nostri appellant — sententiæ interrogativæ talis, qualis est: **fierine potest (potuit)** vel **putasne fieri posse (potuisse)** *är det väl möjligt att, låter det väl tänka sig att?*[1].

***In initio enuntiationis sæpe ponitur* pronomen** *(pers. poss. demonstr.) ita, ut proxime sequatur particula* **ut.** Trin. 749 *Me.* edoce eum, uti res se habet. *Ca. ut* ego nunc adulescenti thensaurum indicem? Men. 681 *Er.* tibi dedi illam (pallam) — et spinter? *Me.* mihi *tu ut* dederis pallam et spinter? Most. 1014 *Th.* tu (somnias), qui speras te infectum hoc reddere. *Si.* quid autem? *Th.* quod me absente tecum hic filius negoti gessit. *Si. mecum ut* ille hic gesserit, dum tu hinc abes, negoti quidquam? Pers. 1, 3, 51 *To.* hic leno neque te novit neque gnatam tuam. *Sa. me ut* quisquam norit, nisi ille, qui præbet cibum? Merc. 700 miserior mulier me nec fiet nec fuit, tali viro quæ nupserim. — *hæc ut* viderem, *ut* ferrem has contumelias? Amph. 694; Cist. 4, 1, 10; Ter. Haut. 784, 1050; Cic. Planc. 31; Hor. Ep. 1, 18, 16 *ut non.*

Ad illam repudiationis vel refutationis vim augendam* ne[2] *particula sæpissime* adnectitur, *et quidem ita, ut primo enuntiationis vocabulo hæreat. Aul. 690 *egone ut* te advorsum mentiar, mater mea? Ps. 516 *egone ut* cavere nequeam? Truc. 4, 2, 45 *egone ut* hæc mihi patiar fieri? Rud. 1244 *egone ut*, quod ad me adlatum esse alienum sciam, celem? Trin. 378 *egone* indotatam te

---

[1] cfr Madv. § 353 anm. Sunt etiam qui **ut** particulam **interrogativam** vel **finalem** intelligant; cfr Dahl p. 299 - 302.

[2] hujus particulæ vis et **interrogativa** et **affirmativa** (= *ergo, vero)* intelligi potest; cfr Dahl p. 299.

uxorem *ut* patiar (ducere)? B. 375 *egone ut* hæc conclussa gestem clanculum? 637 *egone ut* opem ferre putem mihi posse inopem te? Truc. 2, 4, 87 *egone* illam *ut non* amem? *egone* illi *ut non* bene velim? B. 196 *egone ut*, quod ab illo attigisset nuntius, *non* inpetratum id advenienti ei redderem? Mil. 963 *egone ut* ad te ab libertina esse auderem internuntius? Curc. 616 *meane* ancilla libera *ut* sit, quam ego numquam emissi manu? Truc. 4, 2, 28 *meane ut* inimici mei bona istic comedint? B. 842 *meamne* hic Mnesilochus *ut* retineat mulierem? Ep. 225 *utin* impluvium induta fuerit? Ter. Ph. 955, 992, And. 263, Eun. 771, Ph. 874; Cic. Tusc. 2, 42; Hor. sat. 2, 5, 18, Liv. 5, 24, 10.

Enuntiationes finales.

Sententiæ finales junguntur cum **conjunctivo;** incipiunt a conjunctionibus **ut (uti), ne, ut ne; quin, quo, qui;** negativa enuntiatio finalis solet ad finalem enuntiationem adnecti per particulam **neve (neue, neu).**

1. Ut, ne, ut ne.

I. Adverbiales enuntiationes finales.

ut = *på det att;* **ne, ut ne** = *på det att icke.*

A. Sententia finalis est affirmativa.

a. **Correlatum non ponitur** in sent. principali. Trin. 284 malus bonum malum esse volt, *ut* sit sui similis; Mil. 1148 omnia dat dono, a se *ut* abeat; Aul. 604 nunc lavabo, ut rem divinam faciam.

Primariæ sententiæ prædicatum sæpe **motum** significat. *Eo*, maxime in formis futuralibus atque imperativis. Amph. 291, 1075; Capt, 907, 919, 1027, Trin. 577, 1172, B. 105, 529, 907, Curc. 365, Ps. 169, Aul. 65, 278, Ep. 100, 157, Merc. 388, 659, 962, Poen. 920, Men. 97, 387, 556; *abeo* Amph. 125, 970, Mil. 944, Rud. 586, B. 348, Poen. 194; *exeo* Rud. 1200; *redeo* Men. 49; *prodeo* Ep. 568; *transeo* Mil. 182; *venio* Ps. 1119, Ep. 500, Amph. 870; *revenio* Merc. 669; *curro* Ps. 358; *adcurro* Amph. 1069; *præcurro* Men. 1057; *egredior* Poen. 709; progredior Poen. 796; *concedo* Ps. 414; *migro* Ep. 342; *remeo* Ep. 662; *adambulo* B. 768; *navigo* B. 775; *escendo* Amph. 1008; *inscendo* Mil. 116; *sequor* Poen. 1366, Capt. 449; *persequor* Cist. 3, 20; *iter capio* B. 325; *mitto* Amph. 546, Capt. 340, Trin. 442; *præmitto* Amph. 195; *adduco* As. 915; *voco* Rud. 236; *evoco* Amph. 967.

Finalis enuntiationis prædicatum sæpe est verbum **scire,** maxime post verba dicendi et sentiendi, Ps. 12 eloquere, *ut* quod nescio *sciam*; Cist. 1, 1, 57; Men. 810 dic mi istuc, *ut sciam;* Curc. 13, Ep. 668; Mil. 842 *ut* tu *scire possis*, edico tibi; Ps. 986 ejus nomen memorato mihi, *ut sciam* te Ballionem esse; Trin. 995 renuntiabo, *ut scias;* Cist. 2, 1, 54 audi, meam *ut scias* sententiam; Capt. 329 animum advorte, *ut* ea quæ sentio pariter *scias;* As. 332; Aul. 802 ibo intro, *ut sciam;* Ps. 1119 venio, *ut sciam;* Ep. 100.

b. **Correlatum ponitur** in princ. sent.: *eo, propterea, id, ea causa, ob eam rem, isti rei.* Aul. 133 *eo* te huc seduxi, *uti* tuam rem tecum loquerer; Cæs. B. G. 4, 2, 1; Cic. Fam. 16, 1, 1; B. 812 *propterea* hoc facio, *ut* suadeas gnato meo; 729; Ter. Hec. 106; Cic. Fam. 13, 67, 2; Amph. 909 *id* huc revorti, *uti* me purgarem tibi; Ter. Eun. 1005; Men. 892 *ea* te *causa* duco, *ut* id dicas mihi; St. 312, Ps. 92; Trin. 180 argentum dedi *thensauri causa, ut* salvom amico traderem; *ea re* — *ut* Cic. Fam. 14, 3, 4; 11, 3, 3; Trin. 652 agrum tibi relinqui *ob eam rem* expeto, *ut* tibi sit qui te corrigere possis; Ter. Hec. 6; Cic. Fam. 13, 47; — Rud. 717 non *isti rei* auspicavi, *ut* cum furcifero fabuler.

Interroganti, cur actio fiat, sæpe per finalem sententiam respondetur. Mil. 790 *quid* ea usus est? *Pa. ut* ad ted eam deducas; St. 588 *quid* eo (argento) tibi opust? *Ge.* hunc hercle ad cenam *ut* vocem, te non vocem; Ep. 570 *quid est* pater, quod me excivisti ante ædis? *Pe. ut* matrem tuam videas; B. 907, 989; Mil. 1420 *quam ob rem?* salvis testibus *ut* te hinc amittamus; Truc. 2, 4, 40 *quoi rei* te adsimulare retulit? *Phr. ut* esset aliqui laqueus; Aul. 42 *cur* me miseram verberas? *Eu. ut* misera sis.

B. Sententia finalis est negativa.

1. Ne.

a. **Correlatum non ponitur** in prim. sent. Amph. 787 vide sis signi quid siet, *ne* posterius in me culpam conferas; Capt. 291 ad rem divinam quibus opus est Samiis vasis utitur, *ne* ipse genius subrupiat; 752 ego illis captivis aliis documentum dabo, *ne* tale quisquam facinus incipere audeat; 803; Mil. 33 auribus perhauriendumst, *ne* mihi dentes dentiant; 343, 431, 688, 1331; Rud. 392, 412, 443; Most. 252 ob istuc verbum *ne* nequiquam, Scapha, tam lepide dixeris *(på det att du ej förgäfves må ha fällt ett så qvickt yttrande)*, dabo aliquid hodie peculi tibi; Amph. 867 venio, *ne* hanc inchoatam transigam comoediam; Mil. 478 abeo a te, *nequid* tecum consili conmisceam; As. 294; 1254 tace, *ne* audiat; Capt. 219 secede huc, *ne* arbitri dicta nostra arbitrari queant *neu* permanet palam hæc nostra fallacia. Capt. 319 te optestor, Hegio, *ne (att icke)* tuum animum avariorem faxint divitiæ meæ, *ne (på det att icke)*, tametsi unicus sum, magis decere videatur patri, me saturum servire aput te; Truc. 4, 3, 6, edico prius, *ne (att icke)* duplicis habeatis linguas, *ne (på det att icke)* ego bilinguis vos necem; Amph. 527 nunc *ne (på det att icke)* legio persentiscat, clam illuc redeundumst mihi, *ne (på det att icke)* me uxorem prævortisse dicant præ republica.

b. **Correlatum ponitur:** *eo, istoc, ea gratia.* Aul. 240 *eo* dico, *ne* me thensauros repperisse censeas; Mil. 1080 *eo* minus dixi, *ne* hæc censeret me advorsum se mentiri; Cist. 1, 1, 119 *istoc* aures obtundo tuas, *ne* quem ames; Merc. 223 quin *ea* ego huc præcucurri *gratia, ne* te opprimeret inprudentem atque electaret; Aul. 303 *cur? Str. ne* quid animæ forte amittat dormiens.

2. Ut ne (minus sæpe).

Amph. 124 sumpsi Sosiæ mi imaginem — *ut* præservire amanti meo possem patri atque *ut ne*, qui essem, familiares quærerent; 388 opsecro, *ut* per pacem liceat te adloqui, *ut ne* vapulem; Mil. 164 atque adeo, *ut ne* legi fraudem faciant aleariæ, adcuratote, ut sine talis domi agitent convivium; Aul. 648 vah, scelestus, quam benigne (facit potestatem exquirendi), *ut ne* abstulisse intellegam; Merc. 960 expurigationem habeo, *ut ne* suscenseat; Mil. 992 pacem faciatis oro, *ut ne* mihi iratus siet; Ter. And. 259, Eun. 942, 945, Ph. 314, Hec. 105 ea causa, ut ne; Cic. Verr. 4, 32.

Adnot. 1. Parentheticæ enuntiationes finales.

Hujus generis enuntiationes significant, quo consilio fiat* non actio, sed mentio de actione *primariæ sententiæ (cfr enunt. caus. p. 20; Madv. § 440 anm. 6). ***Prædicatum enuntiationis finalis semper fere significat* veta, höra, säga, mena, hysa en oriktig mening:** *scio, nosco, rem teneo, audio, dico, existumo, censeo, erro, frustra sum.*

A. Sententia finalis est affirmativa. Mil. 1192 ego adeo, *ut tu scias*, Athenas abibo tecum; Ep. 702 tui gnati amica (est), *ut* omnem rem *scias;* 648 *St.* nunc enim tu mea's. *Tel.* soror quidem edepol, *ut* tu æque *scias;* Poen. 1038 Carthagini ego sum gnatus, *ut tu sis sciens;* Curc. 715 nunc adeo, *ut tu scire possis*, leno, *meam sententiam*, libera hæc est; Trin. 497 nunc *ut scias*, hic factiones atque opes non esse neque nos tuam neglegere gratiam: sine dote posco tuam sororem filio; As. 235, Rud. 367, St. 701; Capt. 290 quin etiam *ut* magis *noscas* — samiis vasis utitur; Amph. 110 nunc *ut rem teneatis*, utrimquest gravida; Pers. 3, 3, 21 leno te argentum poscit, — *ut* omnes *audiant;* As. 843 atque ego quidem hercle, *ut verum* tibi *dicam*, ea res me male habet; Most. 839 omnino, *ut te absolvam* (*bli dig kvitt*), nullam pictam conspicio hic avem; — Ter. Ph. 1043 *ut meam scias sententiam*, neque ignosco —; Haut. 449 *ut* tu *scias*, — adduxit plus decem; Cic. C. Maj. 59 atque, *ut intelligatis;* Fam. 2, 6, 4 vel — *ut verius dicam;* Man. 4 atque *ut* inde oratio mea *proficiscatur*, — bellum infertur.

B. Sententia finalis est negativa. Amph. 130 vix incedo inanis, *ne* ire posse cum onere *existumes;* Cist. 2, 3, 16 nam illæc tibi nutrix est, *ne* matrem *censeas*; Men. 23 ego illos non vidi, *ne quis* vostrum *censeat;* Most. 745 e me, *ne quid metuas*, nil sciet; Capt. 14 ego me tua causa *ne erres*, non rupturus sum; Mil. 150 et mox *ne erretis*, hæc duarum feret imaginem; Capt. 854 nec nihil hodie nec multo plus tu hic edes, *ne frustra sis;* Rud. 1255 ego tibi daturus nil sum, *ne tu frustra sis:* Merc. 528 nunc, mulier, *ne tu frustra sis*, mea non es; Rud. 969, Pers. 1, 3, 60; Aul. 358 sunt igitur ligna, *ne quæras* fores; Liv. 1, 28, 5 *ne* vos falsa opinio *teneat*, injussu meo Albani subiere ad montes; Cic. nat. D. 1, 17 sed, *ut* hic — *ne ignoret.*

Nonnumquam discerni non potest, utrum sententia incipiens a* ne *particula libera sit necne: Most. 1004 promisi foras: ad cenam *ne* me te vocare *censeas;* Poen. 520; 250 sat est dicere alios istuc de nobis: *ne* nosmet nostra etiam vitia *eloquamur;* Most. 1023 fides servandast: *ne* ire infitias *postules.*

***Talia exempla, qualia sunt* ut ita dicam, ne diutius loquar, ut ne longius abeam** (Cic. Cæc. 95), **ut ad propositum revertamur** (Cic. Fin. 2, 104), **ut ad pauca redeam** (Ter. Ph. 648), **ut ne addam** (Ter. Ph. 168) apud Plautum non inveni.

Adnot. 2. Ellipticæ enuntiationes finales generis adverbialis.

Per sententiam interrogativam, quæ ex antecedente periodo auditur,

A. Interrogatur, num actio, de qua agitur, fiat* eo consilio ut *actio enuntiationis finalis efficiatur. Rarissima sunt hujus generis exempla prisco in sermone. Merc. 576 senex hirquosus, tu ausculere mulierem? *utine* adveniens vomitum excutias mulieri? Rud. 1062 Gripe animum advorte ac tace! *utin* istic prius dicat? Ter. Ad. 654 is venit, ut secum avehat: nam habitat Mileti. *Ae.* hem, virginem *ut* secum avehat? Cic. Tusc. 1, 32 quid tot viros ob rempublicam interfectos cogitasse arbitramur? iisdemne *ut* finibus nomen suum, quibus vita, *terminaretur?*

B. Interrogatur,* quo consilio *fiat ea actio, de qua agitur. Sententia finalis incipit ab interrogativo vel pronomine vel adverbio (cfr Madv. Fin. 2, 61). Hoc genus aut perraro aut omnino non adhibuit

Plautus. Merc. 885 *Eu.* quo nunc ibas? *Ch.* exulatum. *Eu. quid* ibi *ut* faceres[1]? Ter. Eun. 573 submonuit me Parmeno, ut vestem cum eo mutem et pro illo jubeam me illoc ducier. *Ar. quid* ex ea re tandem *ut* caperes commodi? Cic. Sest. 84 homines inquit emisti, coegisti, parasti. *Quid uti* faceret?

II. Objectivæ[2] enuntiationes finales.

ut = *att;* **ne, ut ne** = *att icke, att, från att.*

Hujus generis sententiæ inveniuntur post verba **voluntatis** ac **studii:** *vilja, önska, hoppas, vänta; besluta, lofva, befalla, tillåta; sträfva, sörja för, minnas, förtjena; bedja, fordra, uppmana, lära, råda, öfvertala; akta sig, afhålla sig, hindra, förbjuda; frukta.*

Vocabulum demonstrativum *(id, hoc, istuc, ita)* in primaria sententia sæpe ponitur. Sæpe fit etiam, ut idem vocabulum et *subjectum* secundariæ sententiæ et *objectum* enuntiationis primariæ[3].

A. Sententia finalis est affirmativa.

Prædicatum primariæ sententiæ est

a. **Volo, malo, cupio, opto, exopto, præopto, spero, exspecto, maneo.** B. 77 *ut* ille te videat, *volo;* Merc. 560, Most. 632; 1098 *id* maxume *volo, ut* istoc confugiant; Amph. 9 *voltis,* ea *adferam,* ea *uti nuntiem* quæ maxume in rem vostram sient; Ps. 665 *Ho.* numquid vis? *Ps.* dormitum *ut* abeas; Mil. 259 *Pe.* numquid aliut? *Pa.* intro *ut* abeas; Cist. 1, 120 *Gy.* numquid *me vis? Le. ut* valeas; Pers. 4, 8, 5; Trin. 762 *mallim* hercle, *ut* verum dicant quam ut dent mutuom; Capt. 102 *cupio, ut* impetret; Mil. 669 *Pa.* quid *optassis? Pl.* huic *ut* referri possit gratia; 1039; Men. 818 *exopto, ut* fiam miserrumus; Rud. 873; Tr. 648 *præoptavisti,* amorem tuum virtuti *ut* præponeres; Rud. 629 *speras* tibi hoc anno multum *futurum* sirpe — *atque* ab lippitudine usque siccitas *ut* sit tibi; Cist. 2, 3, 52 *Ph.* deos teque spero. *La.* eosdem ego *ut* abeas domum *jag hoppas också till dem, att du går hem;* Trin. 734 *expectare* vis, *ut* eam sine dote frater nuptum conlocet; Ps. 1033; St. 58 qui *manet, ut* moneatur.

b. **Constituo, conplacet, convenit, promitto, jubeo, impero, præcipio, mando, dico, edico, prædico, nuntio, renuntio, inclamito, dono, sino, patior.** Ps. 549 rus *ut* irem, jam heri constitueram; Amph. 635 *ita* dis *est conplacitum,* voluptatem *ut* maeror comes consequatur, Capt. 378 *ita convenit* inter me atque hunc, *ut* te mittam ad patrem; Amph. 225; Rud. 1217 quod *promisisti ut* memineris; Amph. 205 Telebois *jubet* sententiam *ut* dicant suam; Ps. 1150 hoc tibi erus *me jussit ferre atque ut* mecum mitteres Phoenicium; Men. 1051 *imperavi, ut* huc venires; B. 782; Aul. 251 *impero* atque *auctor sum, ut* me castrandum loces; Men. 841 *mi imperat, ut* ego illic oculos exuram; Ps. 697 *ita imperavit, ut* hominem strenuom adducerem ad se; Men. 855; Mil. 795 *ita præcipito* mulieri, *ut* simulet se tuam esse uxorem; Ps. 161 tibi *hoc præcipio, ut* niteant ædes; Mil. 956 hoc negoti clandestino *ut* agerem, *mandatumst* mihi; Curc. 411; Merc. 426 aliquam *mandavit* mihi *ut* emerem ancillam; St. 652, Curc. 346; Ep. 47 *mandavit* mihi, *ut* fidicina emeretur sibi; Amph. 83; Mil. 1089 *Philocomasio dic,* domum *ut* transeat; 1191, Trin. 582; Men. 992; 1044 *dicam, ut* a med abeat; Rud. 1096 haut iniquom *dicit, ut* ostendatur vidulus; Truc. 4, 3, 75; Men. 786 *edixi* tibi, *ut* caveres; Ps. 127. Aul. 281, 855; Ps. 517 *prædico, ut* caveas; Poen. 1118 *nuntiate, ut* prodeat; Trin. 995 *renuntiabo, ut* sciat

---

[1] ex variis lectionibus affero **quid ibi facere? quid ibi facere vis?**

[2] cfr p. 24 not. 4.

[3] cfr enunt. rel. (p. 9 Adn.) et enunt. consec. (p. 28 Adn.).

se perdidisse; Ps. 1276 *inclamitant* me, *ut* revortar; As. 45 *dono* te ob istuc dictum, *ut* expers sis metu; Rud. 779 *ut* abeat, non *sinam:* Ep. 148 nunc *patierin, ut* ego me interimam?

c. **Studeo, nitor, adnitor, ago, admolior, curo, adcuro, video, caveo, adorno, paro, adparo, parito, mereo, promereo.** Poen. 575 lenonem *ut* perjurum perdas, *id studes;* Most. 128 *nituntur, ut* alii sibi esse illorum similis expetant; Merc. 111; Amph. 13 me voltis *adnitier*, lucrum *ut* perenne vobis semper suppetat; Trin. 699 *id agis, ut* ecfugias ex urbe; 718 quid *agam* nisi uti sarcinam constringam? Most. 662; Rud. 598 visast simia, ascensionem *ut* faceret, *admolirier;* Poen. 913 hæc *cura* clanculum *ut* sint dicta; St. 679. Mil. 1, Amph. 487 sqq, Ps. 72, Cas. 131, Mil. 1238 *istuc curavi, ut* opinione illius pulcrior sis; Most. 208; Trin. 110?, Ep. 509; Trin. 78 omnis bonos *adcurare* addecet, suspitionem *ut* ab se segregent; Mil. 165, Pers. 4, 3, 62 *eam te* volo *adcurare, ut* istic veneat; Aul. 614 *vide*, salvam *ut* aulam abs te auferam; Mil. 1397; Most. 558; Ep. 37 *id* modo *videndumst, ut* materies suppetat; Capt. 224 *viso* opust, *cauto* opust, *ut* sobrie hoc agatur; Ep. 161 *adornat, ut* maritus fias; Rud. 129, 1206; Mil. 295 tibi *ut* pereas *paratumst;* Aul 827 jam *ut* eriperes *adparabas;* Ps. 484 viginti minas *paritas ut* auferas a me? Capt. 744 vale atque salve, etsi aliter *ut* dicam *meres;* Poen. 1407; Ep. 712; Aul. 222 de te neque re nèque verbis *merui, ut* faceres quod facis; Capt. 422 *meritust, ut* laudetur; Ep. 438 *promerui, ut* mihi omnis mortalis agere deceat gratias; Men. 1067 non *ita promeruisti* de me, *ut* pigeat quæ velis eloqui.

d. **Oro, exoro, rogo, quæso, quæro, opsecro, obtestor, invoco, precor, veneror, amo** (= amanter rogo), **postulo, flagito, peto, expeto, hortor, moneo, voco, doceo, edoceo, perdoceo, suadeo, persuadeo, censeo.** Merc. 665 orabo, ut conquæstores det mi; 997; As. 783 tu pro illa *ores, ut* sit propitius; Men. 672, As. 431; Merc. 488 *Achillem orabo*, aurum *ut* mihi det; 906, Amph. 1143, As. 74, 740, Ps. 1272; B. 42 *ita orat, ut* hominem reperiam; Pers. 1, 3, 37 *tecum oravi, ut* numos sexcentos mihi dares; B. 554, Poen. 601, Trin. 449 *hoc*, quod dixi, *me oravit, ut* tuam sororem poscerem uxorem sibi; Aul. 739, Most. 752, B. 494 *hoc tecum oro, ut* illius animum regas; Amph. 64 *hoc* me *orare* a vobis jussit, *ut* conquistores eant; Men. 1049 ibo si possum *exorare, ut* pallam reddat; B. 689 *Mn. patrem exoravi. Ch.* hoc *ut* faceret quod loquor? Capt. 210 *Ca. unum exorare* vos sinite nos. *Lo.* quidnam id est? *Ca. ut* locum detis nobis loqui; B. 1170 sine me *hoc exorare abs te, ut* desistas ire; Curc. 330 argenti *rogo uti* faciat copiam; As. 170; Men. 907 *rogo pallam, ut* referatur; Rud. 1212 *eum roga, ut* relinquat res; St. 248; Poen. 1412 id *uti* ignoscas, *quæso;* B. 1019; 746 *te quæso, ut* memineris; Amph. 720, 933; Capt. 747 *unum hoc quæso, ut* mi ejus facias conveniundi copiam; Men. 731 *quære* meum *patrem*, tecum simul *ut* veniat; Merc. 1001 *obsecro*, satis jam *ut* habeatis; St. 299; Mil. 1385 intro te *ut* eas *opsecro;* 1408, Curc. 696, As. 40, Rud. 1090 *unum te opsecro, ut* ted hujus conmiserescat mulieris; Mil. 69 *orant, ambiunt, opsecrant* videre *ut* liceat; Capt. 513; Rud. 635 *te* per crura *obtestor, ut* mi istuc dicas; Aul. 791; Amph. 1093 *invocat deos, ut* sibi auxilium ferant; Most. 528; Rud. 640 te digna *ut* eveniant, *precor;* Rud. 256 *veneror, ut* nos ex hac ærumna eximat; Trin. 40, Rud. 1349 *veneror te, ut* omnes miseri lenones sient; 305; Aul. 8; Truc. 4, 4, 19 *amabo, ut* hos dies aliquos sinas eum esse apud me; Cist. 1, 1, 105 *ted amabo, ut* hanc sinas esse hic; Men. 424; 523 *amare* ait *te multum, ut* hoc ad aurificem deferas; Aul. 318 infit *postulare, ut* sibi liceret; Capt. 938 *postulo abs te, ut* mi illum reddas servom; Merc. 178 *flagitas me, ut* eloquar; Ps. 897 *a me petiit, ut* mihi caverem; Men. 763 *expetit med, ut* ad sese irem; Cas. 422 *hortamur, ut* properent; Poen. 673; Mil. 1189 *illam hortabitur, ut* eat propere; Pers. 5, 2, 65; Capt. 240 *ted ut* memineris *moneo;* Trin. 674; St. 41 *te hoc moneo, ut* tuum memineris officium; Most. 876 advorsum *ut* eant ero *vocantur;* Ep. 364 *eum docebo, ut* sibi datum esse argentum dicat; Trin. 632; Mil. 355 *edocebo* minume *malas, ut* sint malæ; Capt. 717 postulavisti recens captum *hominem te perdocere, ut* melius consulerem tibi quam illi? Rud. 879 *suadeo, ut* ad nos abeant; As. 914; Truc. 2, 3, 9; Rud. 53 infit *lenoni suadere, ut* eat in Siciliam; B. 812; Most. 797; 215 *id*

tu *mihi* ne *suadeas, ut* illum minoris pendam; B. 964 *persuasit*, se *ut* amitteret; Merc. 331 *huic persuadere, ut* illam vendat; Merc. 483 quo leto *censes me ut* peream?

e. **Metuo** (= *metuens* **opto** vel *metuens* **spero**); **ut** = *att icke*. Mil. 355 *metuo, ut* satis sis subdola; Most. 464 *metuo*, te atque istos expiare *ut* possies; Curc. 464 ornamenta, quæ locavi, *metuo ut* possim recipere; B. 762, Pers. 2, 5, 18.

B. Sententia finalis est negativa.

1. Ne.

Prædicatum in primaria sententia est

a. **Volo, præcipio, nuto, dico, edico, prædico.** Mil. 1086 Mi. *numquid vis? Py. ne* magis sim pulcer quam sum: Mil. 247 *Philocomasio id præcipiundumst*, ut sciat: *ne* titubet, si exquiret ex ea miles; Men. 618 *nutat, ne* loquar; As. 938 *dicebam*, pater, *tibi, ne* matri consuleres male; Ep. 164 ibo atque *adulescenti dicam, ne* hinc exambulet *neve* obviam veniat seni; Mil. 185 *hoc ei* dicito: *ne* hercle *usquam* artem et disciplinam apstineat colere; Truc. 4, 3, 6 *edico* prius, *ne* duplicis habeatis linguas; Pers. 2, 2, 59 *edictum est mihi, ne* cuiquam crederem; Aul. 100 hoc *prædico* tibi, si Bona Fortuna veniat, *ne* intromiseris.

b. **Curo, video, viso, circumspicio, prospecto, speculor, caveo, tempero, opperior, memini.** B. 1030 *ne* pejerem, *cura;* Curc. 138 tu *me ne* sitiam *curato;* Mil. 983 *ne* istam omittam et hæc mutet fidem, *vide* modo; 1279, B. 744; Poen. 358; Capt. 584 *(nequid);* Capt. 127 *visam, ne* nocte hac quipiam turbaverint; Mil. 955 *circumspicedum, nequis* nostro hic auceps sermoni siet; Trin. 146; Mil. 597 sinite me *prospectare, ne* uspiam insidiæ sient; Mil. 607 *speculabor, nequis* aut hinc a læva aut a dextera nostro consilio venator adsit; Capt. 255 *caret, ne* decipiatur; 253, Rud. 378, As. 373; 372 *caveto ne* suscenseas; B. 544; Ps. 898 petiit, ut *mihi caverem* a Pseudulo, *ne* fidem ei haberem; Amph. 845 *cave ne;* 944, Men. 271 *id utrumque cavero, ne* tu delinquas *neve* ego irascar tibi; St. 117 *ne* id faciat, *temperat;* Ps. 321 *opperiare* sex dies *ne* (vänta med att) illam vendas; Mil. 807 *memineris ne* Philocomasium nomines.

c. **Oro, exoro, quæso, expeto, opsecro, deprecor, venero, insto, moneo, suadeo.** Capt. 244 *te oro* — *ne* me secus honore honestes, quam —; B. 689 *patrem exoravi* — tibi *ne* noceat *neu* quid suscenseat; 521 *exorabo* Chrusalo pater *ne* noceat *neu* quid ei suscenseat; As. 450 *quæso, ne* vitio vortas; Curc. 400; Men. 880 *vos* omnis *quæso, ne* me indicetis; Amph. 1037 *quæso, ut* advocatus mi adsis *neue* abeas; Trin. 154 *id* flens *me obsecravit*, suo *ne* gnato crederem *neu* quoiquam; Capt. 442 *hæc te opsecro*, infidelior mi *ne* fuas; Men. 1009 *obsecro* te, operam mi *ut* duis *(= des), neu* sinas fieri tantam injuriam; Cas. 431 *id expetivisse* senem, *ne* ea mihi daretur atque ut illi nuberet; As. 946 si voltis *deprecari* huic seni, *ne* vapulet; B. 173 *venero te, ne* Nicobulum me sinas convenire; Cas. 340 ita uxor acriter tua *instat, ne* mihi detur; Pers. 4, 5, 8 *ne* cum argento protinam permutes domum, *moneo te;* St. 608 *suades, ne* bitat; As. 461 ne me *tibi* arbitretur *suassisse*, sibi *ne* crederes.

d. **Prohibeo, opsisto, vindico, occurro, interdico, veto, deterreo, lateo pone me** (står i ljus för mig sjelf och hindrar). Trin. 87 *prohibere me* potes, *ne* suspicer? Men. 795 *prohibere*, ad cenam *ne* promittat, postules; Poen. 399; B. 57; Mil. 333 *opsistam, ne* se subrepsit mihi; Rud. 618 *vindicate, ne* inpiorum potior sit pollentia quam innocentum; Most. 539 manufesta res est, nisi quid *occurro* prius, *ne* hoc nunc senex resciscat; Pers. 4, 4, 70 servitus mea *mi interdixit, ne* quid mirer meum malum; Mil. 1056 quotiens *hoc tibi interdixi*, meam *ne* pollicitere operam;

Pers. 2, 2, 57 *vetita sum, ne* hoc cuiquam edicerem; Truc. 5, 37 hau *deterrere* potis es, *ne* amet; Trin. 663 *pone te latebis* facile, *ne* inveniat te honos.

e. **Metuo, formido, adformido, timeo, vereor, paveo.** Amph. 307 *metuo, ne* numerum augeam; 334, Capt. 912, Mil. 278, 429, 492, 526, 722, 1237, Trin. 1042, 1170, As. 286; Mil. 996 eos nunc homines *metuo ne* opsint mihi *neve* opstent, Truc. 1, 2, 98, Ps. 1026; Curc. 222 nil *metuo* nisi *ne* medius disrumpar; Aul. 609 *non metuo, ne* quisquum inveniat, As. 111 nemost *quem metuam* mihi, *nequid* nocere possit; Amph. 304 *formido, ne* nomen meum conmutem; As. 461, Curc. 45, Poen. 378; Ps. 1019 illunc *hominem metuo* et *formido* male, *ne* malus erga me sit; B. 1078 *adformido, ne* is pereat *neu* conrumpatur; Truc. 4, 61 *timeo, ne* malefacta antiqua mea sint inventa; *metuo et timeo, ne* propalam fiat; Trin. 738 *hoc vereor, ne* istæc pollicitatio te in crimen populo ponat; Rud. 390 eam *veretur ne* perierit; Capt. 308 *non verear, ne* injuste mi imperet; Merc. 385; Mil. 943 *hau vereor, ne* pervincamur; Pers. 4, 4, 75 *pavebam, ne* peccaret. **ne non** (raro): Cas. 575 *metuo, ne non* sit surda; Pers. 4, 6, 4.

2. Ut ne.

Prædicatum in primaria sententia est

Volo, convenit, prospicio, tempero, promereo, oro, opsecro, est in manu (= det står i min makt att sörja för). Mil. 1050 *Py.* quid nunc tibi vis, mulier, memora. *Mi. ut*, quæ tis cupit, eam *ne* spernas; Aul. 257 illud facito ut memineris *convenisse, ut ne* quid dotis mea ad te adferret filia; Trin. 688 nollo ego te tam prospicere qui meam egestatem leves, sed *ut* inops infamis *ne* sim; Truc. 1, 1, 41 qui nostræ ætati *temperent, ut ne* anteparta demus postpartoribus; Men. 1100 *promeruisti, ut ne* quid ores, quod velis quin impetres; Merc. 992 oro, *ut ne* mihi iratus siet; Rud. 629—634 *te oro et quæso — ut* te *ne* pigeat dare operam mihi, quod te orabo; Poen. 392 *opsecro* hercle *te — ut* tu aut huic irata *ne* sis, aut — te suspendas; Trin. 105 est atque non est mihi in manu, Megaronides: quin dicant, non est (jag kan ej hindra dem att säga det); merito *ut ne* dicant, id est *men väl står det i min makt att sörja för, att de ej med rätta säga det.*

Adnot. 1. Quemadmodum sententia consecutiva potest significare, qua in re cernatur notio substantivi (cfr p. 30), *sic enuntiatio finalis sequitur post substantiva, in quibus quædam* **voluntatis** vel **studii** *notio inest:* **auctor sum, operam do, operam addo, consilium do, consilium capio, animum induco, mentionem facio, literas mitto, curam adhibeo, cura est, sententia est, signum est, spes est, periculum est, metus macerat** et quæ sunt ejusdem generis. Mil. 1094 quid nunc mi's *auctor ut* faciam? Cas. 16 *ut* cognoscant, *dabimus operam;* Poen. 1204 nimis *addunt operam, uti* placeant viris; St. 73 tu ut facias, *consilium dabo;* Most. 1049 *capio consilium, ut* senatum convocem; Cist. 3, 3 *animum inducam, ut* illud consulam; Aul. 205 ubi *mentionem fecero* de filia, mi *ut* despondeat, sese a me derideri rebitur; B. 389 ad Pistoclerum *literas missi,* amicam mi *ut* inveniret; Mil. 41 decet *curam adhibere, ut* præolat mihi quod tu velis; Aul. 364 quos *ut* servem, *cura maxumast;* Ps. 379 hæc meast *sententia, ut* tu quid agas consulas; B. 329 *id signumst* cum Theotimo, qui eum illi adferet, ei aurum *ut* reddat; B. 370 nemo advenit nisi quem *spes reliquere* omnes esse *ut* frugi possiet; As. 388 *hau periclumst,* cardines *ne* ecfringantur; Ps. 289; Mil. 1151 maxumum *periclum, ne* cadas; Capt. 91, As. 530; Mil. 1233 *metus* me *macerat,* oculi ejus *ne* sententiam mutent.

Etiam adjectivum junctum cum verbo **esse** *ita adhiberi potest:* **dignus sum** *(= mereo),* **memor sum** *(= memini),* **diligens sum** *(= operam do).* Mil. 1140 non *sum dignus* præ *te, ut* figam palum in parietem; Amph. 630 et *memor sum* et *diligens, ut quæ* imperes conpareant.

Adnot. 2. Sæpe difficile est statuere, utrum **consecutiva** *sit enuntiatio an* **finalis**, *utrum sit* **adverbialis** *an* **objectiva** *an* **finalis-consecutiva.**

Adnot. 3. Ellipticæ enuntiationes finales generis objectivi[1].

a. ***Sententiæ incipientes ab* ut *particula nonnumquam ita adhibentur, ut* opto, precor, cura *ante* ut *audiatur.*** Pers. 2, 4, 27 *ut* istunc di deæque perdant; Aul. 785 *ut* illum di inmortales omnes deæque quantumst perduint (= perdant); Merc. 710 *ut* te omnes, Demipho, di perduint; 238 *ut* te bonus Mercurius perdat, quia hæc mihi dedisti; Mil. 1417 *Pe.* quid, si id non faxis? *Py.* (sc. *tum opto) ut* vivam semper intestabilis; Poen. 912 numquid aliud me morare, Milphio? *M.* valeas beneque *ut* tibi sit; Hor. Sat. 2, 1, 43 Juppiter, *ut* pereat positum robigine telum; Cat. 66, 48 Juppiter, *ut* Chalybum omne genus pereat.

b. ***Sententiæ incipientes a* ne *particula nonnumquam pendent ex verbo* timendi (timeo), *quod auditur*** (cfr Madv. Fin. 5, 3, 8). Most. 922 mihi denumerato: ego illi porro denumeravero. *Theu.* at enim *ne (men jag är rädd att* vel *bara icke* —) quid captioni mihi sit, si dederim tibi; St. 600 at ille *ne* suscenseat, mea qui caussa sumptum fecit. Pers. 4, 3, 79. Cic. Fin. 5, 3, 8 sed *ne*, dum huic obsequor, vobis molestus sim.

2. Quin, quo, qui.

A. Quin.

Quin, ortum ex **qui** (ablativo modali pronominis relativi) = *på sådant sätt som, på sådant sätt att* et particula **ne** (= non), significat **på sådant sätt att icke, så att icke.**

Adhibetur ad indicandum ex **negativa** sententia primaria **negativam** effici **consecutionem.**

Adnot. Post sententiam interrogativam* quin *particula apud Plautum multo minus sæpe quam apud ceteros scriptores adhibetur.

1. Quin consecutivum significat

a. **Så att icke** (= *utan att följden blifver den att)*, **utan att;** *quin* = **ut non.** Correlatum non ponitur. Hoc genus rarissimum est apud Plautum. Most. 329 si cades, non cades, *quin* cadam tecum; Ter. Eun. 841 domi erant, ut nullo modo intro ire possem, *quin* viderent me; 791, 1092; Haut. 1006.

b. **Att icke.** In primaria sententia ponitur correlatum: *tam, tantus.*

α. **Quin = ut non.** Pers. 4, 6, 8 nil mihi *tam* parvi est, *quin* me id pigeat perdere; Merc. 362 nec sacrum nec *tam* profanum quicquamst, *quin* ibi ilico adsit. Ter. Ad. 257 numquam *ita* magnifice quicquam dicam, id virtus *quin* superet tua, 855; Haut. 67 *tam*, Ad. 222 *adeo*, Cic. Verr. IV, 43.

β. **Quin = ut non** vel **qui non, quæ non, quod non** (nomin. sing.). Capt. 408 numquam erit *tam* avarus, *quin* te emittat gratiis manu; Curc. 286, Mil. 741; Ter. Haut. 805 nullast *tam* facilis res, *quin* difficilis siet, quom invitus facias; 675 nil *tam* difficilest, *quin* quærendo investigari possiet; Cæs. B. G. 6, 39, 3.

[1] hujus generis sententiæ esse primariæ intelligi possunt.

2. Quin relativum significat **som icke, utan att;** quin = **qui non, quæ non, quod non** (nomin. sing.). B. 336 *nullust* Ephesi *quin* sciat; St. 208 curiosus *nemost quin* sit malevolus; Ter. Hec. 67 *nemo* venit, *quin* — paret sese; Pers. 3, 1, 37 mulier *nulla* erit, *quin* sit mala, quæ præter sapiet, quam placet parentibus; 3, 1, 39; Ter. Hec. 240; Cic. Fin. 5, 32 *nulla natura est, quin* — retineat; Cist. 1, 1, 17 *nec fuit quidquam, quin* mihi placeret; Ter. Ph. 696.

Quin pro **acc. sing.** (raro): Amph. 1054 neque ullast *confidentia* in meo corde, *quin*[1] amiserim; Ter. Eun. 180 quam joco rem voluisti, *quin* perfeceris? Cic. Verr. 4, 1; B. 1012 *nihil est* illorum, *quin* ego illi dixerim; Men. 1100; Ter. Haut. 193. **Quin** pro **nom. plur. masc.** nonnumquam ponitur, ita tamen, ut ad singulare **quisquam** referatur. Amph. 158 nec *quisquam* sit *quin* me omnes esse dignum deputent; Pers. I, 2, 3 numquam *quisquam* meorum majorum fuit, *quin* paverint ventres suos.

3. Quin temporale significat **då icke, utan att** (perraro); quin = **quum non.**

B. 210 non umquam intermittit tempus, *quin* eum nominet; Ter. Ad. 293 numquam unum intermittit diem, *quin* semper veniat.

4. Quin finale significat **från att, att** *(att icke).*

Adhibetur post negativas locutiones, quæ significant **icke hindra, icke afhålla, icke underlåta, icke vägra, icke hafva något emot, icke tvifla.**

Prædicatum in primaria sententia est

a. **Prohibeo, veto, in manu est, teneo, abstineo, contineo, retineo, comprimo, reprimo, deterreo, alieno, depello, dubito, metuo.** — *Scilicet prædicatum est negativum.* Amph. 1051 *neque* omnes *id prohibebunt* — *quin* sic faciam; Merc. 1021; Curc. 33 *nemo prohibet nec votat quin* emas; Trin. 104 est atque non est mihi in manu: *quin* dicant, *non est (det står ej i min makt att hindra dem att säga det);* merito *ut ne* dicant, *id est att hindra dem att säga det med rätta, det kan jag;* Cas. 239 *vix teneor, quin* dicam; B. 915 *abstinere quin* attingas *non queas*; Pers. 1, 1, 11; Men. 254 *nequeo contineri, quin* loquar; 1124 *contineri quin* complectar *non queo* Ter. Eun. 859; Trin. 641 *retineri nequeo quin* dicam; Curc. 227; Most. 203 *vix comprimor, quin* involem illi in oculos; Cas. 452 *vix reprimo* labra, *quin* te deosculer; Mil. 1368; Mil. 332 me homo *nemo deterruerit (skall få mig ifrån att påstå) quin* ea sit in hisce ædibus; 369; Amph. 559; Amph. 399 me *alienabis numquam quin* noster siem; Trin. 640 nec tuis *depellar* dictis *quin* rumori serviam. *Dubito* his tantum locis et quidem *interrogative*: Aul. 164 *quid dubitas, quin* sit paratum nomen puero Postumus? Poen. 183 *quid* tum *dubitas*, quin leno siet? 881 *quid* ergo *dubitas*, quin faciat? — Ter. And. 405 *non dubitat, quin* neges; 172 *non dubiumst*, quin nolit;

Non metuo quin (semel): *jag fruktar ej att icke.* Amph. 1105 *non metuo* meæ *quin* uxori latæ suppetiæ sient; cfr Cic. Flacc. 27 *quis ignorat quin?* Ter. Ph. 1014 *non nego quin.*

b. **Nulla causa est, nullam causam dico, haud causificor, numquæst causa? numquid causæst? quid causæst? numquid causam dico? moror (moro), desisto, recuso, numquid uis?** Cas. 1003 *nulla causa est, quin* pendentem me virgis verberes *intet finnes som hindrar dig att* (intet skäl finnes, hvarför du icke) —; Rud. 1070, 1397; Most. 434 *hau causa est;* Capt. 625 *nullam causam dico (har ingenting att invända mot att)* quin mihi et parentum et libertatis apud te deliquio siet; Aul. 755 *haud causificor quin* eam habeam; Capt. 353 *numquæ causast quin* viginti minas mihi des? Aul. 262; Ps. 533 *numquid causæst quin* te in pistrinum condam? Rud. 758 *quid causæst quin* virgis te — sauciem; Amph. 852 *numquid causam dicis quin* te

[1] potest etiam ad **quin adversativum** referri.

multem? As. 355 argentum *non morabor quin* feras; 674 si hoc meum esset, *numquam morarem quin* darem; B. 340, Aul. 612; Rud. 228 *neque* eam umquam *quin* inveniam *desistam;* Curc. 164 *haut recusem quin* mihi male sit; Amph. 970 *numquid vis (har du något emot att) quin* abeam? Cist. 1, 1, 119 *numquid me vis, quin* eam? Ter. Ad. 247.

c. **Non possum, non potest, nequeo, non facio, nullo modo pote fieri, numquam fit, non audeo, non patior, numquam sino, durare nequeo, non amitto.** Pers. 4, 4, 61 *haud possum quin (kan ej annat än)* huic operam dem hospiti; St. 302, Trin. 705; Mil. 693 piatricem clementer *non potest quin (det går ej an att icke)* munerem; 603, 262; B. 559 video *non potesse quin* ejus nomen eloquar; Mil. 1342 *nequeo quin* fleam; Men. 192; Pers. 5, 2, 48; Truc. 2, 7, 8; Ter. Hec. 385; Mil. 283 *non faciam quin* scias (skall ej göra så att du ej får veta det =) *du skall få veta det af mig;* Amph. 398 tu me vivos *numquam facies quin* sim Sosia *aldrig i lifvet skall du kunna ställa så till att jag ej är S.*; Trin. 729 *nullo modo pote fieri quin* dos detur virgini, Ter. Hec. 397; St. 754 *numquam fiet quin* saltet; As. 25 *non audeam quin* promam omnia; Men. 725 *non patiar quin* vidua vivam, quam tuos mores perferam *vill ej veta af något annat än lefva ogift, hellre än att jag skulle* —; Ter. Haut. 761; Curc. 208 hoc triduom *numquam sinam* in domo esse istac, *quin* ego te liberem; Mil. 1194 triduom servire *numquam* te *quin* liber sis *sinam;* Mil. 1249 *durare nequeo quin* intro eam, Curc. 178; St. 187 *non amittam quin* eas *låter dig ej slippa att — släpper dig ej, utan du måste komma;* cfr Ter. Ph. 714 hoc temere *numquam amittam* ego a me, *quin* mihi testis adhibeam.

Adnot. 1. Locutio* abest quin *neque apud Plautum neque apud Terentium invenitur; cfr tamen Ter. Hec. 728 *nec me multum fallit quin*, quod suspicor, sit quod velit.

Adnot. 2. Adjectivum cum* quin *perraro jungitur: Trin. 587 *nullo modo æquom* videtur *quin* quod peccarim — potissumum mihi id opsit. **Mirum quin** ***quadam dissimulatione adhibetur:*** **märkvärdigt att icke** *(hvarför icke).* Merc. 203 *Acanthio:* sed scelestus subagitare occepit. *Ch.* illamne obsecro? *Ac. mirum quin* me subagitaret *märkvärdigt kantänka, att han ej började klappa mig* (det fattades bara det, att han börjat klappa mig). Aul. 85, Most. 493, Pers. 3, 1, 11, Trin. 495, 967.

5. Quin adversativum significat **utan;** secundaria sententia cum primaria minus arte cohæret.

Amph. 238 in fugam *nemo convortitur nec recedit* loco *quin* statim rem gerat *utan kämpar i regelbunden strid;* Aul. 474 hunc *non ausim præterire quin* consistam et conloquar *utan jag vill stanna och tala med honom;* As. 305 *nec dependes nec propendes quin* malus nequamque sis *du lutar hvarken åt det ena hållet eller det andra, utan du är en eländig usling*; 420 sine me hunc perdere, quoi *numquam* rem me unam *licet* semel præcipere furi, *quin* centiens eadem inperem atque ogganiam som jag aldrig får instruera bara *en* gång om någonting, den tjufstryken, *nej, hundra gånger måste jag kommendera och bjälstra på honom om ett och samma.* Men. 517 *numquam* edepol *quisquam* me *exorabit, quin* tuæ uxori rem omnem eloquar *ingen skall kunna beveka mig med böner utan* —; Aul. 112 veri simile non est hominem pauperem *pauxillum parvi facere (ratar det lilla), quin* nummum petat; Cas. 504 tribus *non conduci possum* libertatibus *(om man än tre gånger skänker mig friheten, låter jag ej locka mig) quin* illis comparem malum; St. 756 *numquam* med istoc *vinces, quin* ego ibidem pruriam; Tac. Ann. 15, 57, 1 illam *non verbera,* non ignes *pervicere quin* denegaret; 11, 34, 4; Pers. 2, 3, 21 mihi jam *nihil novi obferri potest, quin* sim peritus; Truc. 5, 15 *numquam* uno hoc die *ecficiatur* opus, *quin* opus semper siet; Truc. 1, 2, 40 an tu te Veneris publicum aut Amoris *alia lege* habere posse postulas, *quin (än att)* otiosus fias? cfr Cic. Fin. 5, 11, 32 quis autem de sapiente *aliter existumat, quin* — discessu a suis moveatur? 4. 13, 32 nemo est qui *aliter dixerit, quin (sagt något annat än att)* —.

Adnot. 1. **Quin adversativum** *certis terminis distingui ab eo, quod est* **finale,** *non potest.*

Adnot. 2. De **non quin** *vide* p. 24. Adn. 1.

B. Quo, qui.

Hæ conjunctiones, ortæ ex **ablativo instrumentali** pronominis relativi, significant **på det att derigenom, på det att desto.** Apud Plautum raro adhibentur.

a. **Comparativus ponitur** in finali sententia: *minus, magis, facilius, citius.* Amph. 84 hoc in mandatis dedit, ut conquistores fierent histrionibus: qui sibi mandasset delegati ut plauderent quive alter *quo* placeret fecisset *minus*, ejus ornamenta et corium uti conciderent. Men. 9 omnis res gestas esse Athenis autumant, *quo* vobis illud græcum videatur *magis;* Aul. 27 feci, thensaurum ut reperiret Euclio, *quo* illam *facilius* nuptum daret; Poen. 905; Truc. 19 ea se peperisse puerum simulat militi, *quo citius* rem ab eo averrat; — Poen. 1264 vix hoc videmur credere. *Hanno. magis qui* credatis, dicam; Aul. 596 qui pueri nare discunt scirpea induitur ratis, *qui* laborent *minus, facilius ut* nent et moveant manus.

b. **Comparativus omittitur** perraro. Rud. 1329 *La.* eloquere quantum postules. *Gr. quo* nihil invitus addas, talentum magnum: non potest triobulum hinc abesse; — Amph. 340 certumst confidenter hominem adloqui, *qui* possim videri huic fortis, a me ut apstineat manum.

Adnot. 1. Perraro fit, ut **correlatum demonstrativum** *in primaria enunt. ponatur.* Aul. 33 id *ea* faciam *gratia, quo* ille eam *facilius* ducat, qui conpresserat; Ps. 564 suspitiost mihi nunc vos suspicarier, me *idcirco* hæc tanta facinora promittere, *quo* nos oblectem; Aul. 464 qui simulavit mei se honoris mittere huc causa coquos: is *ea causa* misit, hoc *qui* subruperent misero mihi.

Adnot. 2. De **non quo** *vide* pag. 24 Adn. 1.

Adnot. 3. Quæ latissime patet consuetudo loquendi apud ceteros scriptores, qua **minus** *vocabulum cum* **quo** *jungant scribendo ita, ut* **quominus** *post verba impediendi adhibeant, ejus nulla sunt apud Plautum* (et Terentium) *exempla.*

Enuntiationes condicionales.

Incipiunt a conjunctionibus **si** [1], **sin, nisi (ni** [2]**), nisi si, si — sive (seu), dum, absque.**

I. De modis atque temporibus.

A. Genus objectivum.

In sententia condicionali: Indicativus.

In sententia primaria: Indicativus, conjunctivus jussivus (optativus), **imperativus.**

1. Præsens in condicionali sententia.

a. **Indicativus** *[præs., perf., fut. simpl., fut. exact., impf.* (semel), *plusq.* (semel)] in prim sent. Capt. 891 di inmortales, iterum natus *videor, si* vera *autumas;* Aul. 771; Rud. 1285 omnes

[1] de **quod si** vide p. 9 Adnot. 2.

[2] **ni** in cod. nonnumquam est pro **ne** particula finali (Pers. 3, 1, 63); cfr Studem. ind. orthogr. sub **ni.**

mortales, *siquid est* mali lenoni, *gaudent;* Cist. 1, 1, 35, Truc. 1, 1, 27; Merc. 589 *si* domi *sum*, foris *est* animus: *sin* foris *sum*, animus *domist;* Pers. 4, 1, 6 *si* malus aut nequam *est*, male res *vortunt*, quas agit; *sin* autem frugi *est*, *eveniunt* frugaliter; Rud. 120 *nisi* molestum*st*, paucis percontarier *volo* ego ex te; Men. 1082, Ps. 60, 70, 381; B. 704; Most. 769 nec mi umbra ibi usquam*st*, *nisi si* in puteo quæpiam*st;* Capt. 530, Amph. 825; Ps. 600 meus hic *est* homo, *ni* omnes *deseruut* di me atque homines; Capt. 103; As. 242 *si adfers, tum patent* (januæ): *si non est* quod des, ædes non *patent;* Men. 806 male *facit*, *si* istuc *facit: si non facit*, tu male *facis;* Capt. 12, 121; Trin. 95 *siquid scis* me fecisse inscite aut inprobe, *si* id *non* me *accusas*, tute *objurgandu's*. — B. 665 *si frugist*, Herculem *fecit* ex patre; Ep. 510 *perii* hercle, *si* istæc vera *sunt;* Capt. 454. Ep. 82 *nisi* quid tibi in tete *auxilist*, absumptus *es;* Ps. 1213; St. 399 *provenisti* futtile, *si* neque ille *adest* —. Rud. 576 id *si vis*, *dabo;* 958, 1094; Most. 1131 *ibo* pro te, *si* tibi *non lubet;* Trin. 1064 *si bonust*, obnoxius *sum: sin secust, faciam* ut mones. — Ps. 640 si dare *vis* mihi, magis *solutum erit* quam si ipsi dederis; Poen. 442 *si nequeo* facere ut abeas, egomet *abiero;* Trin. 607 *si* hoc *non credis*, ego *credidero;* Mil. 920. — As. 452 set *si domist*, Demænetum *volebam var det min önskan att träffa D.* (cfr 392 quid quæritas? *Me.* Demænetum *volebam*); cfr Ter. Hec. 560 *siquidem* ille ipse non *volt* et tu sensti esse in eo, Myrrina, peccatum: aderam *(så fanns ju jag)*, quojus consilio par ea fuerat prospici; Ph. 1023. Capt. 309 Hegio, hoc te monitum, *nisi forte* ipse *non vis*, *volueram*[1] (cfr Kühn. p. 106).

Adnot. Præsens futuralem vim sæpe habet (cfr Lattm-M. p. 188 anm.; p. 284 anm. 1), ***maxime, si est in prim. sent.*** **perfectum** ***(sæpe:*** *perii, interii, occidi, actum est* similia) ***vel*** **fut. simpl.** ***(prædicatum condicionalis sententiæ tum sæpe significat*** **gifva, gå:** *do, reddo, abeo).* Most. 654 sat *habeo*, *si* cras *fero;* Capt. 446, Ps. 112, 375; Aul. 243 nimirum *occidor*, *nisi* ego intro huc propere *propero* currere. Mil. 306 nunc *si* indicium *facio*, *interii: si taceo, interii* tamen; Trin. 595; As. 287 *perii*, *nisi* Libanum *invenio;* Rud. 1415 *nisi* me *suspendo*, *occidi;* Cist. 4, 2, 1; St. 401 *ni* illos homines *expello*, ego *occidi* planissume; Truc. 2, 7, 59; As. 918 *ni inpetro*, regem *perdidi;* As. 243 *interii*, *si non invenio* ego viginti minas. Amph. 646 id modo *si* mercedis *datur* mi, satis mi esse *ducam*; Merc. 459 illi *si emetur, tum volet: si* ego *emo*, *tum* ille *nolet?* Rud. 1125, Mil. 266; — Curc. 575 *nisi* mi virgo *redditur*, ego *faciam;* Truc. 2, 2, 12; Pers. 5, 2, 51 malum ego vobis *dabo*, *ni abitis;* Curc. 723; Mil. 268 *si* ita *non reperio*, *ibo;* Rud. 1009.

b. **Conjunctivus jussivus** vel **imperativus** in prim. sent. Rud. 358 *si* tuus *est*, *habeas* tibi *må du hafva den;* Rud. 569 Juppiter te *perdat*, et *si sunt* et *si non sunt* tamen; B. 504 mihi divini numquam quisquam *creduat*, *ni* ego illam exemplis plurumis *amo;* Amph. 956 *siquid* opus *est*, *impera*, 391 *dic*, *siquid vis;* Mil, 215 *age*, *siquid agis gör det*, *om du skall*, *gör allvar af din föresats*, Trin. 981, St. 715; St. 734 *bibe*, *si bibis;* Mil. 816 *nisi negotiumst*, *progredere* ante ædis; Pers. 2, 2, 4 *da* hercle pignus, *ni* omnia *memini* et *scio;* Mil. 1394 *si non sequitur*, *rapite* sublimem foras; Truc. 5, 34 *abstine* hoc mulier manum, *nisi si* mea manu hunc *uis* emori; — Rud. 1398 mihi *dato* ergo, *si sapis;* Cas. 75 id *ni fit*, mecum pignus *si* quis *volt*, *dato;* Rud. 714 *dato* arbitrum, *si* tuas esse *oportet*, *nive* eas esse oportet liberas, *nive* in carcerem conpingi te *æquomst*.

2. Perfectum in condicionali sententia.

a. **Indicativus** *[præs., perf., fut. simpl.* (raro), *impf.* (raro)] in sent. primaria. Trin. 1166 *si* id mea voluntate *factumst*, *est* quod mihi suscenseas; Ps. 905; Amph. 942 rusum *si* reventum in gratiam*st*, bis tanto amici *sunt* inter se quam prius; Capt. 117; Trin. 309 *sin* ipse animum *pepulit*, *vivit;* Most. 953 *nisi* hinc hodie *emigravit* aut heri, certo *scio* hic habitare; Mil. 272; Rud. 1070 *ni* istum *cepi*, nulla *causast* quin me condones cruci; Pers. 5, 2, 62—64; Ps. 1104 *nihi-*

[1] sic codd. Brix. ***voluerim.***

list autem suum qui officium facerest immemor, *nisi si admonitust;* Ep. 22; Poen. 1195 *eo* pulcra *videre*, obsecro, *si* tibi illi *non* os *oblitumst* fuligine? As. 942 *siquid* clam uxorem suo animo *fecit* volup, neque novom neque mirum *fecit;* Rud. 272, 346; Ps. 910 *tum* pol ego *interii*, homo *si* ille *abiit;* Trin. 308 *si* animus hominem *pepulit*, *actumst*, animo servit, non sibi; Merc. 594 *sin* sodalis, *quod* promisit, *fecit*, non *abiit* salus; Truc. 1, 1, 22. Rud. 1103 dixi equidem: set *si* parum *intellexti*, *dicam* denuo; Mil. 815. Ep. 599 quid *si* servo aliter *visum est*, non *poteras* novisse obsecro[1]?

b. **Conjunctivus jussivus** vel **imperativus** in prim. sent. Poen. 488 *si* hercle istuc umquam *factumst*, *tum* me Juppiter *faciat* ut semper sacruficem; Aul. 645; Rud. 323 *si vidistis*, *dicite;* Capt. 1034; Poen. 1320 *si* quid per jocum *dixi*, *nolito* in serium convortere.

3. Futurum simpl. in condicionali sent.

a. **Indicativus** *(præs., fut. simpl., fut. ex.)* in prim. sent. B. 911 satin *est*, *si* plura ex me *audiet* hodie male quam audivit umquam? Mil. 1173, Most. 389; Mil. 697 *flagitiumst*, *si* nil *mittetur;* Rud. 1043 quamquam ad ignotum arbitrum me adpellis, *si adhibebit* fidem, etsi ignotust, *notust: si non (hvarom icke)*, notus ignotissumust; — Men. 249 quin nos redimus, *nisi si* historiam *scripturi sumus?* Trin. 919 *nisi* nomen patris *dices*, *non possum* istos monstrare homines, quos tu quæritas; 793, Curc. 328; St. 68 quid *agimus*, soror, *si affirmabit* pater advorsum nos? — Amph. 1050 *si* patrem, *si* avom *videbo*, eum *optruncabo;* Curc. 569, Mil. 195; Trin. 612 flagitium quidem hercle *fiet*, *nisi* dos *dabitur* virgini; Ps. 178, Mil. 450; Rud. 753 *ni* offerumentas *habebis* pluris quam ulla navis longa clavos, *tum* ego ero mendacissumus; As. 248 *si* mutuas *non potero*, *certumst* sumam fænore. — Mil. 1243 te vilem *feceris*, *si* te ultro *largiere;* Rud. 1135; Most. 210 te *nisi* amabit ultro, *perdiderit* tantum argenti; Trin. 465 *si* sic non *licebit*, luscus *dixero*. Poen. 983 *si* respondebunt, punice *pergam* loqui: *si non (hvarom icke)*, tum ad horum mores linguam *vortero*.

b. **Conjunctivus jussivus** vel **imperativus** in prim. sent. Rud. 727 *habeat*, *si* argentum *dabit;* B. 1003; Cist. 2, 3, 48 vir tuos *si veniet*, *jube* domi opperirier; St. 67 *si* quis *quæret* me, inde *vocatote* aliqui; Rud. 813 si appellabit quempiam, vos *respondete* istinc istarum vicem. *Sin* ipse abitere hinc *volet*, extemplo *amplectitote* crura fustibus. Capt. 114, Ep. 264 *si* placebit, *utitor* consilium, *si non* placebit, *reperitote* rectius.

4. Futurum exact. in condic. sententia.

a. **Indicativus** *(præs., perf., fut. simpl., fut. ex.)* in sent. primaria. Ps. 100 *nisi* lacrumis *fleveris* argenteis, non pluris *refert* quam si imbrem in cribrum ingeras; Men. 472 *non is sum*, qui sum, *ni* hanc injuriam *ultus* pulcre *fuero;* — Rud. 810 *si* hercle illic illas hodie digito *tetigerit* invitas, *ni* istunc istis *invitassitis*, *peristis* ambo; Amph. 428 *victus sum*, *si dixeris;* Most. 212 *perii* hercle, *ni* ego illam pessumis exemplis *enicasso;* Mil. 163. — Amph. 358 *auferere*, *non abibis*, *si* ego fustem *sumpsero;* Curc. 726; Ep. 728 numquam hercle hodie, *nisi* me *orasseis*, *solves;* Curc. 174; Truc. 2, 7, 63 *emoriere* ocius, *ni* manu *viceris;* Ps. 212 *si* mihi *non* — *deportatum erit*, te *faciam* ut deportere. — Amph. 198 *si dixero* mendacium, solens meo more *fecero;* B. 363; Most. 1006 verum cras, *nisi* quis prius *vocaverit* me, vel aput te *cenavero;* Men. 54; Pers. 3, 2, 3 *quod si non dederit*, atque hic dies præterierit, ego argentum, ille jus jurandum *amiserit*.

b. **Conjunctivus jussivus** vel **imperativus** in prim. sent. Amph. 671 *si* situlam *cepero*, numquam edepol tu mihi divini *creduis* post hunc diem, *ni* ego illi puteo, *si occepso*, animam omnem *intertraxero;* Most. 192 di me *interficiant*, *nisi* ego illam anum *interfecero;* Rud. 789

[1] non insunt hæc verba (v. 597—599) in cod. ambros. atque interpolatori ea tribuenda existimat Ritschelius.

si te *offendero*, numquam hercle quisquam me lenonem *dixerit*, *si* te *non* ludos pessumos *dimisero;* Cist. 2, 1, 57; B. 848 neque Duellona mi umquam neque Mars *creduat, ni* illum exanimalem *faxo*, *si convenero*, *nive* exheredem *fecero* vitæ suæ. As. 371 pugno malam *si* tibi *percussero*, *caveto* ne suscenseas; Ps. 510; Mil. 565; St. 436 me in culpa *habeto*, *nisi* probe *excruciavero;* Capt. 896; Ps. 520 servitum tibi me *abducito*, *ni fecero;* B. 555.

5. Imperfectum (raro) vel **plusquamperfectum** (semel) in condic. sententia.

Imperfectum vel **perfectum** in primaria sent. As. 143 atque ea *si erant,* magnam *habebas* omnibus dis gratiam (de rebus iteratis); Ps. 798—800 *Co. si* me *arbitrabare* istoc pacto ut prædicas, quor *conducebas (ville du då —)? Ba.* inopia: alius non erat. set quor *sedebas* in foro, *si (om verkligen) eras* coquos, tu solus præter alios? Men. 196 *si amabas,* jam *oportebat* nasum abreptum mordicus'; Poen. 525 non decet tumultuari. sed *si properabas* magis, pridie nos te advocatos huc duxisse *oportuit;* St. 130 aut olim, *nisi* tibi *placebant*, non datas *oportuit*, aut nunc non æquomst abduci; Aul. 427 sed in ædibus quid tibi meis nam *erat* negoti me absente, *nisi* ego *jusseram?*

Adnot. 1. Sententia condicionalis sæpe significat aut **quam ob rem** *vel* **mentio fiat de actione** *vel* **interrogetur aliquid,** *aut* **eam rem, de qua quid concluditur** (cfr enunt caus. p. 20 et enunt. fin. p. 35). Mil. 480 erus *si* veniet, *si* me quæret, *(vill jag säga, att) hic ero:* hinc me arcessito; Most. 1075 *si*quidem pol me *quæris*, *adsum* præsens præsenti tibi; Men. 565 hac *abiit*, *si vis* persequi vestigiis; Most. 790 *si voles* hoc verbum cogitare, simul flare sorbereque haut factu *facilest: (så skall du finna, att)* ego hic esse et illi simitu hau *potivi;* — As. 109 *si* quid te *volam, ubi eris? om jag vill dig något, hvar är du då att träffa?* Merc. 184 qui malum ego *nugor, si* tibi quod me rogas *respondeo?* Amph. 427 *si* tu Sosia'*s*, legiones quom pugnabant maxume, *quid* in tabernaclo *fecisti?* Trin. 978 *quis* ego *sum* igitur, *si* quidem is *non sum* qui sum?[1] Merc. 606. — Ep. 644 di me ex perdita servatam *cupiunt*, *si vera autumas;* Ps. 905 *si* umquam quemquam di inmortales *voluere* esse auxilio adjutum, jam mihi Caludorum *volunt* servatum esse et lenonem extinctum, quom te adjutorem genuerunt mihi tam doctum hominem atque astutum; Merc. 985.

Adnot. 2. Actio sententiæ condicionalis esse res certa sæpe significatur, ita ut significatio **condicionalis** *ad* **causalem** *quodam modo transeat.* Capt. 195 *si (eftersom)* di inmortales id voluere, vos hanc ærumnam exequi, decet pati animo id æquo; 198; Curc. 144 magnum inceptas, *si* illut expectas quod nusquamst; Mil. 1149 facile istuc quidemst, *si* et illa volt et ille autem cupit; Rud. 192; 483 repperi negotium, *si quidem* mihi ultro his adgerunda etiamst aqua; — Amph. 817 quid ego tibi deliqui, *si* quoi nupta sum tecum fui? Rud. 195.

B. Genus potentiale.

In sententia condicionali: Conjunctivus potentialis.

In sententia primaria: Conjunctivus potentialis, conjunctivus jussivus, imperativus.

1. Potentialis **præsentis** *(præsens, perfectum)* in condic. sent.

a. Conjunct. **potentialis** præsentis *(præsens, perfectum)* in prim. sent. Curc. 13 *si rogitem,* quid *respondeas?* Ps. 265, Trin. 148, St. 296; Trin. 474 *edim, nisi si* ille *vetet;* Rud. 1419 vos quoque ad cenam *vocem, ni* daturus nil *sim* neque *sit* quicquam pollucti domi, *nive* vocatos *credam* vos esse ad cenam foras. Ep. 258 *si* æquom *siet* me plus sapere quam vos,

[1] cfr Amph. 438 quis ego sum saltem, si non sum Sosia? **te interrogo.**

dederim vobis consilium; Poen. 885 *si* erus — *sciat*, continuo *fecerit;* Mil. 669. — Ps. 981 in tenebris *conspicatus si sis* me, *apstineas* me; 337 *si* ego *emortuos sim*, Athenis te *sit* nemo nequior; B. 1102 *si* alibi plus *perdiderim*, minus ægre *habeam;* Most. 555, Pers. 2, 4, 12. Aul. 380, Truc. 2, 3, 23; Aul. 610, B. 311. — Trin. 950 nunc si forte eumpse Charmidem *conspexeris, norisne* hominem?

Adnot. Sæpe fit, ut id, quod enuntiatur sententiis hujus generis, **fieri non possit, ita ut tamen cogitetur posse fieri** (cfr Madv. p. 312 anm. 1. Cavallin Grekisk syntax Lund 1879. § 165. anm. 3). As. 188 *si* ecastor nunc *habeas* quod des, alia verba *præhibeas: nunc quia nihil habes, — postulas;* Curc. 164 *adsum:* nam *si apsim* haut *recussem;* B. 1039 ego *si* in istoc *sim* loco, *dem* potius aurum; Mil. 1256 *Ac. non est intus* quem ego volo. nam odore nasum *sentiat, si* intus *sit;* B. 635 *si* mihi *sit, non pollicear. Mn.* scio, *dares;* St. 508 satis aps te *accipiam, nisi videam* mihi te amicum esse: *nunc, quia te mihi amicum experior esse*, credetur tibi; Mil. 1284 alium — *ni sciam* fecisse multa nequiter, *verear* magis; Truc. 4, 1, 9 salvos sum, *quia pereo: si* non *peream*, plane *interierim;* Rud. 978.

b. Conjunct. **jussivus** vel **imperativus** in prim. sent. Amph. 961 tristis *sit, si* eri *sint* tristes: hilarus *sit, si gaudeant;* As. 120; Truc. 2, 1, 22; As. 445 *si velis* dare, *commoda* homini amico; Ep. 699 vel *da* pignus, *ni* ea *sit* filia; — Men. 51 *si* quis *velit*, audacter *imperato* et *dicito;* Trin. 347 bene *si* amico *feceris, ne pigeat* fecisse; As. 764. Ps. 1070 *roga* me viginti minas, ille hodie *si* illa *sit potitus* muliere; B. 800; As. 800 *si dixerit*, hæc multa ei *esto*, vino viginti dies careat.

2. Potentialis **præteriti** *(imperfectum, plusquamperfectum)* in condic. enunt.

Potentialis **præteriti** *(imperfectum)* in primaria sententia.'

Id quoque, quod factum non est, tamen potest *cogitari* factum esse (cfr Lattm.-M. § 178. 2. anm. 3).

Aul. 742 factumst illud: fieri infectum non potest. deos credo voluisse: nam *ni vellent, non fieret*, scio *antag, att de ej velat, hade det väl icke skett, vet jag;* Aul. 439 ibi ubi tibi erat negotium, ad focum *si adesses, non* fissile *auferres*[1] caput; Trin. 115 mihi commendavit virginem et rem suam et filium. hæc, *si* mi inimicus *esset*, credo *haut crederet;* Amph. 525 ea tibi omnia enarravi. *nisi* te *amarem* plurumum, *non facerem*[2] *antag, att jag ej älskade dig, så hade jag nog ej gjort det.* B. 433 *si* in una *peccavisses* sullaba, *fieret* corium tam maculosum quamst nutricis pallium *om man möjligen tog fel på en enda bokstaf, kunde man få sin hud lika full af fläckar —;* Mil. 28 pol *si* quidem *conisus esses [om du möjligen* (någon gång) *ansträngde dig]*, per corium, per viscera perque os elephanti *transtineret*[3] *(kunde gå tvärs igenom)* brachium.

C. Genus irreale.

In utraque sententia: Conjunctivus irrealis.

1. Irrealis **præsentis** *(imperfectum)* in condic. sent.

Irrealis **præsentis** *(impf.)* vel **præteriti** *(plusquamperf.)* in primaria sent. Pers. 1, 1, 47 *si* id domi *esset* mihi, jam *pollicerer;* As. 196; Most. 844 *ductarem, nisi* mi *esset* ad forum negotium; As. 860 pol *ni* vera ista *essent*, numquam *faceret* ea, quæ nunc facit; B. 554, Merc. 734. Ps. 1014 te *si arbitrarem* dignum, *mississem* tibi; Men. 239 *sei* (= si) acum, credo, *quæreres*,

[1] alii: **haberes.**

[2] sæpe difficile est statuere, utrum impf. conj. sit **potentialis præteriti** an **irrealis præsentis:** ***om jag icke (nu) älskade dig, skulle jag ej (aldrig) göra det.***

[3] Lorenz ***transmineret.***

acum *invenisses*, sei appareret, jam diu; 242, Mil. 1318; St. 744 *exissem*, *nisi* me vobis *exornarem*.

2. Irrealis **præteriti** *(plusq.)* in condic. sent.

Irrealis **præsentis** *(impf.)* vel **præteriti** *(plusq.)* in *prim.* sent. Trin. 568 *si* ante *voluisses*, *esses* (liber): nunc sero cupis; Mil. 733, 1309, 838, Trin. 632; B. 1207 hi senes *nisi fuissent* nihili jam inde ab adulescentia, *non* hodie hoc tantum flagitium *facerent;* B. 217 *ni nanctus* Venerem *essem*, hanc Junonem *ducerem;* 1209; Mil. 1320 *si non* mecum ætatem *egisset*, hodie stulta *viveret;* Trin. 927 *si appellasses*, *respondisset* nomini; Most. 243, Mil. 718; Rud. 899 pol magis *sapisset*, *si dormivisset* domi; Aul. 669 *ni subvenisset* corvos, *periissem* miser; Trin. 172.

Adnot. 1. Irrealis* præteriti *significatur* imperfecto *in condic. enuntiatione, quum* de perduratione *agitur (cfr Lattm.-M. p. 288 anm. 3.; Zander. p. 169 anm.). Rud. 590 *si* invitare nos paulisper *pergeret* (sc. non pergebat), ibidem *obdormissemus;* B. 486 *si* opperiri *vellem* (sc. nolebam) paulisper modo, — plus *vidissem*.

Adnot. 2. Quemodmodum* irrealis præsentis *(imperf.)* de tempore præterito *adhiberi potest, ita* irrealis præteriti *(plusq.) nonnumquam adhibetur* de tempore præsenti *ita, ut actio secundaria* antecedere** primariam significetur (cfr. Lattm-M. p. 289 anm. 4). Mil. 720 et tibi sunt gemini et trigemini, si te bene habes, filii. *Pe.* pol si habuissem, satis cepissem miseriarum e liberis. continuo *excruciarer* animi *(skulle ständigt plågas af oro): sin* forte ei *fuisset* febris (men om han tilläfventyrs *finge* feber), *censerem* emori: *cecidissetve*[1] (eller om han *fölle*) ebrius de equove uspiam, *metuerem* ne ibi defregisset crura aut cervicis sibi. ***Conferri potest noster sermo quotidianus, quo irrealis **præteriti** *(plusq.) pro* irreali **præsentis** *(impf.) adhiberi potest, non solum in* **condicionali** *sententia, sed etiam in* **primaria:** *om du* **hade rest** (= reste) *i morgon i stället för i dag,* **skulle** jag **ha följt med** (= följa med).

***Adnot. 3. Primaria sententia generis* objectivi *et* potentialis *ex alia sententia* pendere potest.** Rud. 1378 *si* vidulum hunc *redegissem* in potestatem ejus, *juratust dare* mihi talentum magnum argenti; As. 364 mihi tibique *interminatust* nos *futuros* ulmeos, *ni* hodie Argurippo argenti *essent* viginti minæ; Amph. 675 magis nunc *me* meum officium *facere*, *si* huic *eam* advorsum, *arbitror;* Cist. 1, 1, 3 soror *si* mea *esses*, qui magis potueritis mihi honorem ire habitum, *nescio;* Pers. 2, 4, 25 scis, quid hinc porro *dicturus fuerim*[2], *ni* linguæ moderari *queam*.

***Tamen* parataxis *sæpe usurpatur, id quod semper fit, si enuntiatio est* irrealis generis** (cfr eam partem, quæ est de **parataxi**).

Adnot. 4. Post verba, quæ significant* lofva, accusativus cum inf. audiri *potest: Ps. 1242 promam viginti minas, quas *promissi*, *si ecfecisset;* Aul. 470, Amph. 947.

Adnot. 5.* Quid si = hvad säger du, om —? hur vore det, om —? tänk, om —; *et cum* indicativo *et cum* conjunctivo *conjungi potest. Men. 844 *quid*, *si* ego huc servos *cito?* Most. 582 *quid*, *si* hic *manebo* potius ad meridiem? — Curc. 351 "*quid*, *si abeamus*, *decumbamus?*" inquit, consilium placet; Poen. 1162; Cas. 345 *quid*, *si* sors aliter quam voles *evenerit?* Capt. 599 *quid*, *si* hunc conprehendi *jusserim?*

Adnot. 6.* Exclamatio *pro sententia primaria. Trin. 592 di, vostram fidem, edepol re gesta pessume gestam probe, *si* quidem ager nobis salvos est; Mil. 655 o lepidissumum senem, *si* quas memorat virtutis habet.

---

[1] ve - sive; cfr absque si sine;

[2] formæ in – **urus fuerim (fuissem, fuisse)** rarissimæ sunt apud Plautum.

D. Sententia condicionalis in eodem non est genere ac primaria sententia.

A. **Indicativus** in *condicionali* sententia.

Conj. potentialis vel **irrealis** in *primaria* sent. B. 914 lippi illic oculi servos est simillumus: *si non est, nolis* esse neque *desideres: si est*, apstinere quin attingas *non queas;* Mil. 684 bona uxor, *si* ea duci *potis est* usquam gentium, ubi eam *possiem* invenire? Merc. 351; Aul. 109 id *si relinquo* ac non *peto*, omnes me *suspicentur;* Amph. 572 merito *maledicas* mi, *si non* id ita *factumst;* Rud. 978 *si* istuc jus *sit* quod memoras, piscatores *perierint*; B. 426 ante solem *nisi* tu exorientem in palæstram *veneras (om man någon gång icke kom;* de rebus iteratis) poenas penderes *kunde man få lida straff.* — Cist. 4, 2, 14 *si* nemo hac *præteriit*, postquam intro abii, cistella hic *jaceret* (irreal. præs.)

Conj. juss. Ps. 286 *si amabas, invenires (skulle du hafva funnit)* mutuom; Truc. 4, 2, 35.

B. **Indicativus** in *primaria* sententia.

Prædicatum plerumque significat **kunna, böra, vilja** vel simile aliquid: *possum, oportet, decet, volo, nolo, malo, melius est, satius est, nihil est, nugæ sunt, copia est, locus est, gerundivum, participium in — urus.*

1. **Conj. potentialis** in *condicionali* sententia

a. Potent. *præsentis.* B. 447 *potest* inhibere inperium magister, *si* ipsus primus *vapulet?* 479, Mil. 764; Aul. 254 neque facio *neque, si cupiam, copiast;* Truc. 4, 4, 24 facere *si velim, non est* locus; Amph. 891 *faciundumst* mi illut, *si* me illam amantem ad sese *studeam* recipere; Men. 103; Rud. 1311 *quid refert, si* nunc hoc *fabulemur;* Truc. 2, 1 23 *nugæ sunt, nisi* dare *lubeat;* Men. 760 *si autumem* omnis, nimis longus *sermost;* Trin. 349 de magnis divitiis *siquid demas*, plus *fit* an minus? B. 440; Amph. 336 non edepol nunc ubi terrarum sim *scio, siquis roget;* Merc. 430 *si velim*, jam *dantur* (lemnas genast) septem et viginti minæ; Rud. 1021. — B. 1172 *ni abeas*, malum tibi magnum *dabo;* Curc. 226. Most. 56, As. 699. Trin. 561 qui vivamus nihil *est, si* illum *amiserit;* As. 153 non *potest* — si *venerit;* Curc. 85 si *fuerit* — sat *est;* 555 quid *refert* — si *derisserit?* Mil. 604 si *resciverint* — *occludunt;* Trin. 157 si *fuerit* — *habeo;* 1050 si *dederis* — *fit;* As. 95 nihil *est* — nisi *defraudaveris;* Poen. 1208 nisi *faxint, hauscio;* Trin. 85 si non *feceris* — *potes?* Poen. 213 *habent* — forte si *occeperis;*[1] Mil. 1362 *si forte* liber fieri *occeperim, mittam* nuntium ad te.

b. Potent. *præteriti.* Ps. 792 *si* pessumum hominem *quærerem (antag att jag sökt —)*, pejorem *hau potui* — ducere; Most. 458 quomodo pultare *potui, si non tangerem?* Mil. 803; B. 564 tibi non meretricum aliarum *erat* Athenis copia, quibuscum haberes rem, *nisi* cum illa, quam ego mandassem tibi, *occuperes* tute amare et mi ires consultum male?

2. **Conj. irrealis** in *condic.* sententia. Truc. 1, 2, 38 *si* rem *servassem, fuit* ubi negotiosus essem; Curc. 449 *si forent conclussi* —, *non potuere* uno anno circumirier; Mil. 476 quid propius *fuit* quam ut perirem, *si locutus essem* ero?

Adnot. **Imperfectum** ***in condic. sent. de tempore*** **præterito** (cfr supra p. 48 Adn. 1): Pers. 4, 4, 46 *pœne* in foveam *decidi, ni* hic *adesses* (sc. aderas); Mil. 53 *ni* hebes machæra *foret* (sc. hebes erat), uno ictu *occideras* quingentos (cfr Madv. § 348. d.); St. 513, B. 818; Trin. 566.

[1] in hujus generis exemplis prædicatum enuntiationis secundariæ utrum ad **perf. conj.** an ad **fut. ex.** pertineat, difficile est statuere.

C. **Altera sententia pertinet ad genus potentiale, altera ad irreale**[1]. Aul. 523 *conpellarem* ego illum, *ni metuam*, ne desinat memorare mores mulierum; Capt. 712 *si* quis hoc gnato tuo tuus servos *faxit*[2], qualem *haberes* gratiam? — Mil. 1356 *si* ita tibi sententia *esset*, tibi servire *mavelim;* St. 510 *vocem* ego te ad me ad cenam, frater tuus *ni dixisset* mihi te aput se cenaturum esse hodie.

II. Nonnulla de conjunctionibus observanda.

A. Si.

Enuntiatio condicionalis adhibetur

1. Pro enuntiatione causali post verba mirandi.

Mil. 1326 *nil miror*, *si* lubenter hic *eras;* Rud. 505 pol *minume miror*, navis *si fractast* tibi, scelus te et sceleste parta quæ vexit bona; Curc. 265 *nihil est mirandum*, melius *si* nil *sit* tibi; Cas. 191 *mira sunt*, vera *si* prædicas; Ps. 442; Ter. Haut. 383, 525. Ps. 435 *quid novom*, adulescens homo *si amat*, *si* amicam *liberat?*

2. Pro enuntiatione interrogativa (cfr Madv. § 451. d.); et cum indicativo et cum conjunctivo jungi potest atque adhibetur post verba, quæ significant

a. **Undersöka, se till, fråga:** *perscrutor*, *scio*, *noscito*, *ausculto* (lyssna till), *video*, *viso*, *animum adverto*, *optueor*, *rogito*, *quæro*. Men. 146 jam *sciam*, *si* quid *titubatumst;* As. 399 *si* is *est*, jam *scire* potero; Merc. 155 prius quam sum eloqutus, *scis si* mentiri *volo;* Mil. 613; Cist. 4, 2, 13 nunc vestigia hic *si* qua *sunt*, *noscitabo;* Trin. 148 *ausculto* siquid *dicas;* Aul. 620 *perscrutabor* fanum, *si* (för att se, om) *inveniam* uspiam aurum; Ep. 567 fac *videam*, *si* mea, *si* salva mea *sit*; Trin. 763 *vide* consilium *si placet;* 748; Ter. Ad. 239 *vide si* satis *placet;* B 529 ibo ut *vissam* huc ad eum, *si fortest* domi; Ter. Eun. 545 *visam si domist;* Haut. 170 ibo, *visam si domist;* Cas. 591 *viso* huc, amator *si* a foro *rediit* domum; Ter. Ad. 549 *si forte* frater *redierit viso;* Curc. 701 *animum advortite*, ego *si possum* hoc inter vos conponere; Most. 838 istoc ad vos *optuere*, *si* volturios *forte possis* contui; Merc. 941 *rogito* quis eam avexerit, quis habeat, *si indaudiverit;* Pers. 1, 1 46 *quæram* equidem, *si* quis *credat*.

b. **Vänta, försöka** (för att se, om): *exspecto*, *opperior*, *maneo*, *operam do*. Trin. 98 *expecto siquid dicas;* Ps. 1034 cor *expectat* meum, *si non educat* mulierem secum semul; Cas. 540 jam dudum *si arcessatur* ornata *exspectat* domi; Ter. Eun. 594 sto *expectans*, *siquid* mi *inperent;* Truc. 3, 2, 25 Strabacem hic *opperiar* modo, *si* rure *veniat;* Cas. 542 intus illa te, *si* se *arcessas*, *manet;* Mil. 1207 *si possem* ullo modo impetrare, ut abiret nec te abduceret, *operam dedi;* Cist. 1, 3, 37 *ei rei* nunc suam *operam dat*, *si possiet* meretricem illam invenire; Trin. 120 *ei rei operam dare* te fuerat aliquanto æquius, *si*qui probiorem facere *posses*, *non uti* (= quam uti) in eandem accederes infamiam.

c. **Post alia verba** sæpe, ita ut audiendum sit: *för att se*, *försöka*, *om;* prædicatum condicionalis sententiæ sæpissime **posse** significat. Trin. 959 huic *sucophantari* (ställa till ett skälmstycke) volo, *si* hunc *possum* — circumducere; Men. 418 *adsentabor*, quicquid dicet, mulieri, *si possum* hospitium nancisci; 1049 nunc *ibo* intro — *si possum* exorare, ut pallam reddat; B. 1151; Trin. 921 *Ch.* nisi nomen patris dices, non possum istos monstrare homines, quos tu quæritas. *quod ad exemplumst?* conjectura *si* reperire *possumus hvad liknar det* (= säg något, som det

[1] cfr Madv. opusc. acad. alt. p. 69, Neu. formenl. II p. 420.
[2] sic codd.

liknar)? *så skola vi försöka om —;* Capt. 28 *coepit* captivos *conmercari*, *si* quem reperire *possit*, qui mutet suum; 100 captivos *conmercatur*, *si queat* aliquem invenire suum qui mutet filium; Trin. 558 *cupit* illum abalienarier, *siquem* reperire *possit*, os quoi sublinat; Ps. 1148 jam dudum, *si des, porrexi manum;* Mil. 1158 id nos ad te, *siquid velles*, *venimus;* Ter. Hec. 429 ego hunc *adibo*, *siquid* me *velit*.

3. Pro enuntiatione relativa.

Capt. 390 omnium primum salutem dicito matri et patri et cognatis *et siquem alium* benevolentem videris; Trin. 246 et istuc *et si amplius* vis dari dabitur; 1184 ego ducam, pater, *et eam et siquam aliam* jubebis.

Si modo = om blott. Most. 927 sat sapio, *si* abs te *modo* uno *caveo;* Ps. 724 liberam hodie tuam amicam amplexabere, — *si modo* hominem mi *invenietis* propere. Trin. 1187 dicis, *si facies modo du säger det*, (sc. och det är väl) *om du bara gör det också;* Ps. 976 *Si.* hominem quæro impium perjurum atque inprobum. *Ba.* me quæritat: nam illa mea sunt cognomenta: nomen *si memoret modo;* Capt. 996 quod male feci, crucior: *modo si* infectum fieri *possiet*.

Si — sive (seu) pro *sive — sive* Plautus et Terentius adhibere solent[1]. Men. 794 potabit minus, *si* illic, *sive* alibi lubebit? Trin. 183 *si* recte *seu* pervorse facta sunt, ego me fecisse confiteor; Rud. 629—633 *si* speras — *seu* confidis; 776 *si* attigerit *sive* occeptassit; Merc. 993 *si* hercle scivissem *sive* dixisset mihi, — numquam facerem; Cist. 3, 14, Truc. 4, 3, 58; Curc. 4; St. 419.

B. Nisi, nisi si, nisi tamen, nisi forte, ni.

1. Nisi *(med undantag deraf att, blott att =)* men, dock.

a. **Post verba nesciendi:** *nescio*, *non scio* similia. Cist. 1, 1, 5 soror si mea esses, qui magis potueritis mihi honorem ire habitum, *nescio; nisi* fieri non posse *arbitror;* 4, 2, 7 ubi ea (cistella) sit *nescio; nisi*, *ut opinor*, loca hæc circiter *excidit* mihi; Poen. 650 *nescimus* nos quidem istum qui siet: *nisi* dudum mane ut ad pontum processimus, atque istum e navi ibi exeuntem oneraria *videmus* (præs. hist.); Merc. 253 hoc quam ad rem credam pertinere somnium, *nequeo invenire. nisi suspicor —;* Trin. 233 de hac re mihi satis *hau liquet: nisi* hoc sic *faciam;* Capt. 532 quid comminiscar, *hæreo: nisi*[2] nugas ineptiasque jam *incipisso* maxumas; Ps. 1102 quis hic homost? *Ba. non* edepol *scio: nisi opservemus*[3] quo eat aut quam rem gerat; B. 324 verum verum *nescio:* profecto de auro *nil scio nisi nescio;* Rud. 751 profecto *nescio: nisi scio* probiorem hanc esse quam te; Ter. Ad. 545 quid hoc malum infelicitatis? *nequeo* satis *decernere: nisi* me *credo* huic esse natum rei, ferundis miseriis; Haut. 542 jocon an serio ille hæc dicat *nescio*, *nisi* mihi quidem *addit animum*, quo lubeat magis; Ph. 953 quo pacto aut unde hæc hic rescivit? *De. nescio*, *nisi* me dixisse nemini *certo scio;* Hec. 193, 280. Cic. Rosc. Am. 35, 99 *nescio, nisi* hoc *video*.

b. **Post alia verba.** Aul. 365 quos ut servem, *cura maxumast. nisi* unum hoc *faciam;* Ep. 281 *quid ego ajam? nisi* te conmentum nimis astute *intellego;* Mil. 377 *te video: nisi mirumst facinus* quo modo hæc hinc huc transire potuit (cfr 418 *set* facinus mirumst, quo modo hæc hinc huc transire potuit); St. 269 *miror* quid siet: *nisi* ut periclum fiat, *vissam* quid velit; Ter. Eun. 548 quid illud malist? *nequeo satis mirari* neque *conjicere: nisi*, quidquid est, procul hinc *lubet* prius quid sit *sciscitari;* Ad. 153.

---

[1] cfr Ritschl. Prol. Trin. p. 84. 324. Tamen codices nonnullis locis **sive (seu)** in priore membro habent; Merc. 1018 Ritschl. **seu — sive;** 306 Studem. (cod. ambr.) non plane certum **seu;** Ritschl. **sei** (— si); Amph. 1049 **sive — sive.**

[2] **nisi** addidit Ritschl.

[3] var. lect.

Nisi si: Curc. 51 tam a me pudicast quasi soror mea sit, *nisi sist* ausculando quipiam inpudicior.

Nisi tamen: Aul. 805 nunc servom esse ubi dicam meum Strobilum *non reperio: nisi* etiam hic *opperiar tamen* paulisper.

2. Nisi *(om icke möjligtvis =)* men kanske? eller kanske?

Amph. 461 ibo ad portum atque hæc uti sunt facta, ero dicam meo: *nisi* etiam is quoque me *ignorabit;* 902 sic est, vera prædico: *nisi* etiam hoc falso dici *insimulaturus es;* 1024 sum Sosia, *nisi* me esse oblitum *existumas;* Trin. 415 non tibi illut adparere, si sumas, potest, *nisi* tu inmortale *rere* esse argentum.

Nisi si: Capt. 530 nec copiast me expediundi, *nisi si* astutiam aliquam corde *machinor;* Truc. 4, 3, 8 ne duplicis habeatis linguas, ne ego bilinguis vos necem: *nisi si* ad tintinnaculos (kedjeslamrare) *voltis* vos educi viros; Amph. 825 nescio quid istuc negoti dicam, *nisi si quispiamst* Amphitruo alius; Truc. 3, 2, 2.

Nisi forte: St. 357 quid sit nil etiam scio: *nisi forte* hospites *venturi sunt;* Trin. 424 pater quom peregre veniet, in portast locus: *nisi forte* in ventrem filio *conrepserit.*

3. Nisi *(med undantag deraf att =)* utan.

Trin. 1032 nunc mores nihili faciunt quod licet nisi quod lubet *bry sig ej ett grand om det som är tillåtet, utan endast om det, som lyster dem;* Poen. 888 numquam edepol mortalis quisquam fiet e me certior, *nisi* ero uni meo *indicasso utan jag skall ej nämna det för någon annan än min husbonde;* Ep. 265.

Ni: Merc. 693 parumne hoc est malæ rei quod amat Demipho, *ni* sumptuosus insuper etiam *siet är det inte illa nog, att D. älskar, utan* (att han till på köpet också är slösaktig) *skall han till på köpet* —? Cist. 1, 1, 42 neque hanc superbiæ causa ego repuli ad meretricium quæstum, *ni (utan endast)*, ut ne esurirem.

Adnot. 1. **Ni** ***pro particula interrogativa perraro adhibetur.*** Truc. 4, 2, 23 litteras didicisti: quando scis, sine alios discere. Di. discant, dum mihi commentari (= commentando *experiri*) liceat, *ni* oblitus siem quod didici *öfva mig och se, om jag inte har glömt hvad jag lärt mig.*

Adnot. 2. **Mirum est (mira sunt) nisi (ni)** *det skulle vara underligt* (förundra mig) *om icke = jag slår vad att, jag är säker på att.* Amph. 283 *mira sunt, nisi* invitavit sese; 431; Poen. 839 omnia edepol *mira sunt, nisi* erus hunc heredem facit; Capt. 805 *mira* edepol *sunt, ni* hic in ventrem sumpsit confidentiam; Trin. 862, Ps. 1216; Capt. 824 *mirum est, ni* hunc Aetoli sibi fecere agoranomum.

C. Dum, dum ne, dum modo.

1. **Præsens conjunctivi** in condicionali sent. Trin. 211 non flocci faciunt, *dum* illut, quod lubeat, *sciant;* Curc. 459 quid id refert tua, *dum* argentum *accipias?* Capt. 608, Men. 90; — Aul. 491 quo lubeat nubant, *dum* dos *ne fiat* comes; Mil. 893; B. 867 pacisce —, *dum ne* hominem *opprimat nere* enicet; — Mil. 784 æqui istuc faciam, *dum modo* eam des, quæ sit quæstuosa; Amph. 644; Ep. 270 *dum* id *fiat modo;* Aul. 239 *dum modo* morata recte *veniat*, dotatast satis; Trin. 58 *dum quidem herele* tecum nupta *sit*, sane velim; Curc. 704, St. 554; — Pers. 4, 4, 106 *dum quidem ne* nimis diu tua *sim*, volo; Merc. 425. — As 166 semper tibi promissum habeto hac lege, *dum superes* datis.

2. **Imperfectum conjunctivi** in condic. sent. (perraro). Capt. 32 nil pretio parsit, filio *dum parceret;* B. 1048 Ephesi multo mavellem foret, *dum* salvos *esset*, quam revenisset domum.

D. Absque[1].

Absque a significatione præpositionali (= **sine**) transit apud Plautum (et Terentium) ad condicionalem (= **si sine**).

Sententiæ incipientes ab hoc vocabulo ad *genus irreale* pertinent.

Esset vel **foret** *impersonaliter* in condic. sent.

Imperf. vel **plusq. conj.** in prim. sent. Men. 1024 *absque* te *esset (om du icke vore)*, hodie numquam ad solem occasum viverem; B. 412 *apsque* te *esset*, ego illum haberem rectum ad ingenium bonum; Capt. 754 *quod apsque* (cfr p. 9 Adn. 2) hoc *esset*, qui mihi hoc fecit palam, usque offrenatum suis me *ductarent* dolis; Pers. 5, 2, 60 hercle *absque* me *foret* et meo præsidio, hic *faceret* te prostibulam propediem; Trin. 832 *apsque foret* te *(om du icke hade varit)*, sat scio in alto *distraxissent* disque *tulissent* satellites tui miserum foede; 1127 *exædificavisset* me ex hisce ædibus, *apsque* te *foret*. Ter. Hec. 601 quam fortunatus ceteris sum rebus, *absque* una hac foret; Ph. 188.

Adnot. 1. In primaria sententia **tum** *particula sæpe ita ponitur, ut ad eam referatur sententia condicionalis.* Mil. 1365 *si* facies, *tum* scibis; Merc. 458 *si* emetur, *tum* volet: *si* ego emo, *tum* nolet. Men. 346 *tum* demum sciam, *si* caveris; Ps. 949 *si* ecfexis, *tum* faxo magis dicas: Rud. 1137 *si* vera (sc. dicam), *tum* obsecro; 1339 *si* vidulum *investigavero*, *tum* dico; Most. 671 *siquidem* argentum redditurus es *tum* bona, *si* redditurus non es, non emit bona; As. 242 *si* adfers, *tum* patent; Amph. 933 *si* fallo, *tum* te quæso; Aul. 769 *si* fallis? *tum* faciat; Truc. 4, 4, 28 *si* aufers puerum, omnis *tum* spes animam efflaverit; B. 79 *si* eveniat prandium — ubi ego *tum* adcubem? Ps. 910 *tum* pol interii, *si* abiis; Rud. 192 id *si* parato curavi, *tum* mi hoc indecore datis; Capt. 871 igitur *si* advenissem, magis tu *tum* istuc diceres.

Eo: Trin. 371 an *eo (dermed)* egestatem ei tolerabis, *siquid* ab illo acceperis? Poen. 1194 an tu *eo (för det)* pulcra videre, obsecro, *si* tibi illi non os oblitumst fuligine?

Adnot. 2. Duæ vel plures sententiæ condicionales non raro **subjunguntur inter se** *ita, ut ea sententia, quæ alteri subjungatur, sæpius antecedat. Primaria sententia sæpius sequitur sententias condicionales, minus sæpe interponitur vel antecedit* (cfr Madv. § 442, 476 b.). Rud. 810 *si* hercle illic illas hodie digito tetigerit invitas, *ni* istunc istis (clavis) invitassitis usque adeo, donec qua domum abeat nesciat, peristis ambo; Trin. 95 *si* quid scis me fecisse inscite aut inprobe, *si* id *non* me accusas, tute objurgandu's; 83—87 *si* te subrupuisse suspicer coronam —: *si* id *non* feceris atque id tamen mihi lubeat suspicarier: qui tu id prohibere me potes ne suspicer? Ps. 265 *si* sacruficem summo Jovi atque in manibus exta teneam ut poriciam, interea loci *si* lucri quid detur, potius rem divinam deseram; Aul. 442 *si* ad januam huc accesseris, *nisi* jusso, propius, ego te faciam miserrumus mortalis ut sis; Rud. 789 *si* te umquam in urbe offendero, numquam hercle quisquam me lenonem dixerit, *si* te non ludos pessumos dimisero; Amph. 671 *si* situlam cepero, numquam edepol tu mihi divini creduis post hunc diem, *ni* ego illi puteo, *si* occepso, animam omnem intertraxero; B. 847 neque Duellona mi umquam neque Mars creduat, *ni* illum exanimalem faxo, *si* convenero, nive exheredem fecero vitæ suæ; St. 523 nimiast voluptas, *si* diu afueris domo, domum ubi[2] redieris, *si* tibi nulla ægritudo animo ob viamst.

Haud raro fit, ut actio prioris sententiæ condicionalis per posteriorem quodam modo repetatur. As. 878 possis, *si* forte adcubantem tuum virum *conspexeris* cum corona amplexum amicam, *si*

---

[1] in codicibus etiam *apsque*.

[2] alii: **si**.

videas, cognoscere? Ps. 373 *nisi* mihi *attulerit* miles quinque quas debibet *minas*, sicut hæc est præstituta summa ei argento dies: *si id non adfert*, posse opinor facere me officium meum; Aul. 380 festo die *si quid prodegeris*, profesto egere liceat, *nisi peperceris;* Amph. 904—907 *si sis sanus* aut sapies satis, quam tu inpudicam esse arbitrere et prædices, cum ea tu sermonem nec joco nec serio tibi habeas, *nisi sis stultior stultissumo;* Trin. 83.

Enuntiationes concessivæ.

Incipiunt a conjunctionibus **si, etsi, tametsi** *(tam etsi)*, **tamenetsi** *(tamen etsi);* **quamquam, quom, quamvis.**

A. Si.

1. **Indicativus** *(præsens, perf., futur.)* in utraque sententia. Capt. 223 *si* erus tu *mihi's* atque ego esse me tuum servom adsimulo, *tamen* viso *opust*, ut sobrie hoc agatur; Mil. 747, St. 695; Cist. 1, 1, 68 si quid est, quod doleat, dolet; *si* autem *non est*, *tamen* hoc hic *dolet;* Cas. 795 qui amat *tamen* hercle, *si esurit*, nullum *esurit;* Men. 746 *si* me *derides*, *at* pol illum *non potes;* Mil. 631 *si* albicapillus hic *videtur*, ne utiquam ab ingenio*st* senex; Capt. 529 neque Salus servare, *si volt*, me *potest;* As. 405 *vapulabit*, *si quidem hercle* Aeacidinis minis animisque expletus *cedit;* Men. 1060 *si vel* per oculos *juratis*, *nihilo hercle ea causa magis facietis* ut ego hodie abstulerim pallam; Poen. 51 *sin* odio*st*, dicam *tamen;* Amph. 908 *si dixi*, *nihilo magis es;* Rud. 1361 *si quidem* hercle Jovis *fuit*, meus *est tamen;* Poen. 374 *si* ante quid *mentitust*, nunciam dehinc *erit* verax tibi; Amph. 1051 neque di omnes id *prohibebunt*, *si volent;* Rud. 1353 *si maxume* illum mihi *reddiderit* vidulum, non *debeo* triobulum.

Conj. jussivus in prim. sent. Merc. 636 ubi habitaret, *invenires saltem (skulle åtminstone hafva tagit reda på)*, si nomen nequis; cfr Ps. 286; Truc. 4, 2, 35.

2. **Conjunctivus potentialis** *(præsens, perfectum)* in sent. concessiva.

a. **Conjunctivus** potentialis *(præsens, perfectum)* in prim. sent. Aul. 555 quos *si* Argus *servet* —, is numquam *servet;* Curc. 211 *si quidem* mi hercle regnum *detur*, numquam id potius *persequar;* B. 179 nullo pacto *possim*, *si velim;* Most. 912 *si hercle* nunc *ferat* sex talenta magna argenti, numquam *accipiam;* 914; Trin. 962; Truc. 2, 2, 60 *si ecastor* hic homo sinapi *victitet*, non *censeam* tam esse tristem posse; B. 697; — Aul. 100 *si* Bona Fortuna *veniat*, *ne intromiseris* (conj. jussivus); — Pers. 2, 4, 12 non hercle, *si* os *perciderim* tibi, *metuam;* Mil. 189 *si quidem* centiens hic *visa sit*, *tamen* infitias *eat*. — Capt. 486 ne canem quidem inritatam voluit quisquam imitarier, *saltem si non arriderent*, dentis *ut restringerent* (or. obl.).

b. **Indicativus** in prim. sent. Cas. 314 *si* tu *nolis* filiusque etiam tuos, liber *possum* fieri; B. 128 *si* decem *habeas* linguas, mutum esse *addecet;* B. 1045 *si* plus perdundum *sit*, perisse *satius est;* Most. 351 nec Salus nobis saluti jam esse, *si cupiat*, *potest;* Ps. 291 *si* facere *possim*, pietas *prohibet;* Trin. 1186 *si* pro peccatis centum *ducat* uxores, *parumst;* St. 27 *tam si faciat*, minume irasci *decet;* Rud. 159 *si* non *moneas*, nosmet *meminimus*. As. 414 *si quidem hercle* nunc summum Jovem te *dicas* detinuisse atque is precator *adsiet*, malam rem *ecfugies* numquam; B. 1004 ego non *laturus sum*, *si jubeas maxume;* Amph. 450 quadrigas *si* nunc *inscendas* Jovis atque hinc *fugias*, ita vix *poteris* ecfugere infortunium; Ps. 433 *si sint* ea vera *maxume*, quid mirum *fecit?*

3. **Conjunctivus irrealis** in sent. concess. (raro).

Conjunct. *irrealis* vel **indicativus** in prim. sent. Most. 243 edepol *si vel* summo Jovi eo argento *sacruficassem*, pro illius capite quod dedi, numquam æque id bene *locassem;* Merc. 694 decem *si* ad se *vocasset* summatis viros, nimium *obsonavit;* Cist. 1, 3, 4 *quod si* tacuisset, *tamen* ego *eram dicturus.*

Etiam si (perraro). Ep. 518[1] *etiam si* alterum tantum *perdundumst, perdam* potius; Cas. 93 etiam si in crucem vis pergere, sequi decretumst.

Nisi (semel). Truc. 2, 7, 18 adsimilest quasi de fluvio qui aquam derivat sibi, *nisi derivetur, tamen* omnis æque aqua *abeat* in mare.

B. Etsi.

1. **Indicativus** *(præsens, perf., futur.)* in utraque sententia. Mil. 532 *etsi* ea*st*, non *est* ea; Most. 666 *etsi* procul *abest, urit* male; Capt. 842 *gaudeo, etsi* nil *scio* quod gaudeam; Ps. 1113, Rud. 1044; Capt. 742 *etsi pervivo* usque ad summam ætatem, *tamen* breve spatiumst perferundi quæ minitas mihi; Trin. 527 *etsi* scelestus *est, at* mi infidelis non *est;* B. 1201 utut est, *etsist* dedecori, *patiar;* Trin. 383 *etsi* advorsatus tibi *fui*, istac *judico;* Capt. 543 tam *sum* servos quam tu, *etsi* ego domi liber *fui*, tu usque a puero servitutem *servivisti;* Mil. 407 non *vidi* eam, *etsi vidi;* Trin. 600 *ibo* huc quo mi imperatumst, *etsi odi* hanc domum; Rud. 1350 *tam fiet, etsi* tu fidem *servaveris.*

Imperativus in prim. sent. Most. 855 canem aliquis abducat *face, etsi* non metuenda*st;* Poen. 1084 *facito* sis reddas, *etsi* hic *habitabit, tamen.*

2. **Conjunctivus** *potent.* in concessiva sent.

Conjunctivus potent. vel *indic.* in prim. sent. Trin. 474 at pol ego, *etsi votet, edim;* Aul. 421 pol *etsi taceas*, palam id *quidemst:* res ipsa testist; Truc. 4, 3, 41 de istoc ipsa *etsi* tu *taceas*, reapse experta *intellego;* Ps. 87 vix hercle *opino, etsi* me *opponam* pignori.

C. Tametsi *(tam etsi).*

1. **Indicativus** *(præs., perf., fut., impf.)* in utraque sent. Amph. 977 *audis* quæ dico, *tametsi* præsens non *ades;* Mil. 744 *tametsi* dominus non invitus *patitur*, servi *murmurant;* St. 41 te hoc, soror, *tam etsi's* major, *moneo*, ut tuum memineris officium; 205 eos omnis *tam etsi* hercle haut indignos *judico*, nil *moror;* Poen. 342 proba mers facile emptorem *reperit, tam etsi* in abstruso *sitast;* 1201 non eo genere *sumus* prognatæ, *tametsi sumus* servæ; Aul. 768 *tametsi* fur *mihi's*, molestus non *ero;* Amph. 20 pater huc me *misit* ad vos oratum meus, *tametsi* pro imperio vobis quod dictum foret *scibat* facturos; Ps. 244 *tam etsi's* occupatus, *moramur;* Curc. 504 eum rem fidemque perdere, *tam etsi* nil *fecit, ajunt;* Curc. 259 *tam etsi* non *novi, dabo;* Pers. 3, 1, 34 *tametst* id *futurum* non *est*, — quanta *afficitur* miseria; Men. 92 numquam edepol *fugiet, tam etsi* capital *fecerit;*

Imperat. in prim. sent. Ps. 471 *loquere* quidvis, *tam etsi* tibi *suscenseo.*

2. **Conjunct.** *potent.* in concess. sententia (raro).

Indic. in prim. sent. Trin. 679 *dabitur* ignis, *tam etsi* ab inimico *petas;* Merc. 595 *tam etsi* podagrosis pedibus *esset* (potent. præteriti) Eutychus, jam a portu redisse potuit.

D. Tamenetsi *(tamen etsi)* raro adhibetur.

Indic. in utraque sent. Mil. 1209 postremo *tamen etsi* istuc mihi *acerbumst*, quia ero te carendumst optumo, saltem id volup *est*, quom —; Cas. 957 *vapulo* hercle invitus *tamen, etsi* malum *merui;* Most. 1167 verberibus, lutum, *cædere* pendens. *Tran. tamenetsi* pudet?

[1] v. 518—520, qui absunt ab cod. ambros., interpolatos esse existimant Ritschl. et Geppert.

E. Quamquam.

Indicativus *[præsens* (sæpissime), *perf., futur. simpl., plusq.]* in concessiva sententia.

a. **Indicativus** *[præsens* (sæpissime), *perf., fut. simpl., fut. ex.)* in primaria sent. As. 831 *quamquam* istam *amo, possum* equidem inducere animum, ne ægre patiar, quia tecum adcubat; Aul. 359 quid? inpurate, *quamquam* Volcano *studes*, cenæne causa aut tuæ mercedis gratia nos nostras ædis *postulas* conburere? (cfr p. 46 Adn. 1). Mil. 1231 *quamquam* illum multæ sibi *expetessunt*, ille illas *spernit*; 1319 *quamquam* invita *facio*, pietas *consuadet;* Truc. 5, 30, 31, 42; As. 78; Ps. 1050 edepol *quamquam* nequam *homo's*, recte *mones;* Truc. 2, 2, 62 verum ego illum, *quamquam violentust, spero* inmutari pote blandimentis; Rud. 1045; Trin. 259 *quamquam* illut *dulcest*, esse et lubere, amor amari *dat tamen* quod ægrest satis; Cas. 263 *quamquam unicust, nihilo magis unicust* mihi filius; Rud. 1043 *quamquam* ad ignotum arbitrum me *adpellis*, si adhibebit fidem, *etsi ignotust, notust;* — Trin. 1112 neque *demutavit* animum, *quamquam* labores multos eum cepisse *censeo*; Merc. 287; — Men. 1048 nunc *ibo* intro, *quamquam suscenset* mihi; B. 1152; 1172 ni abeas, *quamquam* tu *bella's*, malum tibi magnum *dabo;* Poen. 858 *fecero, quamquam* haud *otiumst;* Poen. 639 ad te *venimus, quamquam* bene *volumus* lenonibus; As. 497 *quamquam* ego *sum sordidatus*, frugi *tamen sum;* St. 720 *quamquam* gravatus *fuisti*, non *nocuit tamen;* Mil. 1354 *quamquam* alios fideliores semper *habuisti* tibi quam me, *tam* tibi *habeo* magnam gratiam; Aul. 680 *quamquam* hic manére me *jusserat: certumst* malam rem potius quæram cum lucro; Cist. 1, 1, 107 *quamquam* mi istud *erit* molestum triduom et damnum *dabis: faciam;* 3, 3 *quamquam* invita te *carebo*, animum ego *inducam tamen* meum, ut illud consulam.

b. **Conjunctivus** vel **imperativus** in prim. sent. Merc. 800 *quamquam* tu *irata's* mihi, *jubeas*, si sapias, hæc hinc intro auferrier; Pers. 3, 1, 9 *quamquam* libenter escis alienis *studes*, tuin' ventris causa filiam *vendas*[1] tuam? Rud. 1041 *quamquam* istuc esse jus meum certo *scio, fiat* istuc potius quam nunc pugnem tecum; Cas. 2, 2, 69 *quamquam* hoc tibi *ægrest, tamen fac* accures; 3, 6, 7 *mane* vero *quamquam fastidis;* Truc. 5, 18, As. 710.

Adnot. Per **etsi** *et* **quamquam** *conjunctiones enuntiationes solutæ ad periodum antecedentem nonnumquam ita adnectuntur, ut quandam interruptionem vel deminutionem habeant:* **dock, emellertid.** (cfr Madv. § 443). Capt. 272 prxumum quod sit bono quodque a malo longissume, id volo: *quamquam* non multum fuit molesta servitus; 298; Trin. 787; Aul. 123; Amph. 491 *quamquam*, ut jam dudum dixi, resciscet *tamen* Amphitruo rem omnem; Merc. 3 duas res simul nunc agere decretumst mihi: et argumentum et meos amores eloquar: *etsi* hoc parum hercle more majorum institi. Trin. 593.

F. Quom[2].

Indicativus *[præsens* (sæpissime), *perf., impf.]* in concessiva sent.

a. *Quom concessivum (= ehuru).* Poen. 235 *quom* munditer nos *habemus*, vix ægreque amatorculos *invenimus;* Most. 858 servi qui, *quom* culpa *carent, tamen* malum *metuont*, hi solent esse utibiles eris; St. 124 quæ tibi mulier videtur multo sæpientissuma? *Ph.* quæ *tamen, quom* res secundæ *sunt*, se *poterit* noscere; 745 itast ingenium muliebre: bene *quom* lauta tersa ornata *fictast, infectast tamen;* Rud. 383 etiam qui it lavatum in balineas, *quom* ibi sedulo sua vestimenta servat, *tam subrupiuntur;* — Truc. 4, 4, 35 quia *quom* multum[3] *abstulimus*, haut *adparet* multum quod datumst; Rud. 378 *cavistin* ergo tu atque erus ne abiret, *quom scibatis?*

---

[1] sic Studem. (cod. ambros.); alii **vendia**.

[2] cfr Lübb. p. 117—142.

[3] sic Lübb.; var. lect.

b. *Quom adversativum (= då deremot).* Men. 831 hei mihi, insanire me *ajunt*, ultro *quom* ipsi *insaniunt;* St. 35 an id doles, soror, quia illi suum officium non *colunt*, *quom* tu tuum *facis?* Capt. 244 *quom* antehac pro jure *imperitabam* meo, nunc te *oro* per precem; Pers. 2, 1, 7.

Adnot. **Conjunctivus** *quamquam invenitur nonnumquam, tamen in concessiva vel adversativa illa significatione positus non est* (cfr p. 24. 2. Adn. 2; p. 20). Capt. 892 ain tu? dubium habebis etiam, sancte *quom* ego *jurem* tibi *(fastän jag skulle kunna svära derpå —);* Ps. 184 eo vos nostrosque adeo pantices madefacitis, *quom* ego *sim* hic *siccus medan jag deremot skall torka här.*

Apud **Terentium** *non plane desunt exempla, in quibus conjunctivus a* **quom concessivo (adversativo)** *pendeat* (cfr Lübb. p. 140—143).

G. Quamvis (bis).

B. 82 locus hic aput nos, *quamvis subito venias,* semper liber *est;* Trin. 554 *quamvis malam* rem *quæras,* illic *reperias.*

Adnot. 1. **Ut, licet** *concessivam significationem non habent apud Plautum.*

Adnot. 2. **Tamen (tam)** *vocabulum in primaria sententia sæpe adhibetur et quidem liberrime, ita ut et in extrema parte enuntiationis et ante* **si, etsi, quom** *conjunctiones poni possit. Ratio adversativa per* **at, nihilo magis, saltem** *nonnumquam significatur.*

Adnot. 3. **Si** *conjunctio duplo fere sæpius apud Plautum quam apud Terentium concessivam vim habet,* **etsi** *autem apud Terentium quam apud Plautum triplo sæpius invenitur.* **Etiam si, tametsi, tamenetsi, quamvis** rarissima sunt apud Terentium[1].

Enuntiationes comparativæ.

Incipiunt ab **ut, sicut, velut, præut; quam, præquam, quasi, atque; quo modo, quem ad modum, quo pacto, quanto, quo.**

A. Ut *(uti).*

1. Duæ res significantur uno eodemque modo fieri aut esse similes vel dissimiles inter se. Ut = på det sätt som; som.

a. **Ponitur in primaria sententia correlatum:** *ita, sic, item, itidem, eodem pacto, eo modo, hoc modo, eo exemplo, ad hoc exemplum, adeo, proinde, proinde adeo, perinde, adæque, pariter, pariter atque, condigne, similiter itidem, probe; par, iste; contra, atque (comparativo antecedente), adsimulo, demuto atque.* Capt. 388 facis *ita ut* te facere oportet; Trin. 857 ille *uti* me exornavit, *ita* sum ornatus; Aul. 306 *sic* mihi te *ut* tibi med æquomst credo credere; Merc. 875 si huc *item* properes *ut* istuc properas, facias rectius; Truc. 2, 4, 25; Ps. 869 faciam te *item ut* Medea Peliam concoxit senem *[skall* (bearbeta) *göra med dig på samma sätt som —]:*

[1] cfr Kriege, De enuntiatis concess. apud Pl. et Ter. Halle 1884. p. 4, 32.

item ego te faciam; Curc. 690 faciam ex te pilum catapultarium atque *ita* te nervo torquebo, *itidem ut* catapultæ solent; Capt. 778 *eodem pacto ut* comici servi solent, conjiciam in collum pallium; Merc. 262 quam ego postquam aspexi, non *ita ut* sanei solent amo, sed *eodem pacto ut* insanei solent; Trin. 827 te clementem *eo* usque *modo ut* volui usus sum in alto; Rud. 1072 *hoc modo* res gestast, *ut* ego dico; Men. 983 *eo exemplo* servio, tergo in rem *ut* arbitro esse; Merc. 265 amavi hercle in adulescentia: verum *ad hoc exemplum* numquam, *ut* nunc insanio; Amph. 516 numquam quemquam credo ego uxorem suam *sic* ecflictim amare, *proinde ut* hic te ecflictim deperit; Amph. 973; 982 hæc curata sint fac sis *proinde adeo ut* velle med intelligis; Capt. 933; Ps. 578 omnes res *perinde* sunt, *ut* agas, eas *ut* magni facias; cfr Cic. de Or. 3, 56, 213 hæc omnia *perinde sunt, ut aguntur;* Off. 3, 121; Ep. 566 ille eam rem *adeo* sobrie et frugaliter adcuravit, *ut* is ad alias res est inpense inprobus; Ter. And. 245; Cist. 1, 1, 56 neque munda *adæque* es, *ut* soles; Aul. 22 reliquit filium *pariter* moratum, *ut* pater fuit; B. 1108 *pari* fortuna, ætate *ut* sumus, utimur *vi ha lika lycka liksom* (vi hafva lika) *ålder;* Amph. 1019 *pariter* hoc fit *atque ut* alia facta suut *på lika sätt som* (atque) *det, på hvilket —;* Men. 906 *condigne* meretrix fecit, *ut* mos est meretricius *på ett sätt fullt värdigt såsom* (det sätt på hvilket —); Ps. 382 exossabo ego illum *similiter* [1]) *itidem ut* murænam coquos; Most. 736 nos profecto *probe ut (riktigt som)* voluimus viximus; As. 377 promitto hostire *contra ut* merueris; — Rud. 316 nullum *istuc facie, ut* prædicas, venisse huc scimus; Cas. 861 nec fallaciam *astutiorem* ullus fecit poeta *atque ut* hæc est fabre facta ab nobis; B. 962 quom censuit Mnesilochum cum uxore esse dudum militis, ibi vix me exolvi: atque id periclum *adsimulo*, Ulixem *ut* prædicant ab Helena cognitum esse proditum Hecubæ *denna fara* (likställer jag med såsom =) *anser jag snarlik den, med hvilken U. berättas —;* Mil. 1130 numquid videtur *demutare* (= dissimilis esse) *atque ut* quidem dixi esse vobis dudum hunc moechum militem?

b. **Correlatum omittitur sæpe.** Amph. 277 perge, nox, *ut* occepisti; Mil. 1200 quod volui, *ut* volui, impetravi; Curc. 707 faciam *ut* jusseris; St. 530 facis *ut* alias res soles.

Adnot 1. Sententia comparativa pro interrogativa sæpe adhibetur post verba **dicendi** et **sentiendi:** *dico, narro, loquor, eloquor, memoro, edisserto, facio palam, scio, rescisco.* Prædicatum comparativæ sententiæ sæpe est *facio, ago.*

a. *In primaria sententia ponitur objectum* (**res, omnia** vel tale aliquid), quod solet audiri subjectum in sententia comparativa. Amph. 1129 *hanc rem ut* factast *eloquar;* As. 731 nunc *rem ut* est *eloquamur;* Pers. 4, 4, 65 scio ego officium meum, ut, quæ rogitet, *vera, ut* accepi, *eloquar;* Truc. 4, 3, 77 *ut* factumst, *fecit* omnem *rem palam;* Men. 679 *rescivit rem* omnem, *ut* factumst, ordine; B. 1097 *omnia ut* quicque actumst *memoravit;* Amph. 599; Ps. 1312 *omnia ut* quicque egisti ordine *scio.*

b. *Objectum non ponitur in primaria sent.* Merc. 351 *dico ut res est säger som det är.* B. 1063; As. 376 *dico ut* facturus sum; Amph. 1042 *res ut factast* eloquar; Men. 809 ex hoc, *ut* factumst, *scibo.*

Adnot. 2. **Ut** *particula juncta cum verbo* **esse** (nonnumquam cum alio verbo) *sæpe adhibetur in significatione* **sådan som (= qualis),** *et quidem ita, ut ad subjectum* (nonnumquam ad *objectum) prædicative referatur.* Sæpe ponitur in primaria sententia vocabulum correlativum: *ita, sic, item* = *talis.* Amph. 992 *ut* filium bonum patri esse oportet, *item* ego sum patri; Men 985 *ita* ero, *ut* me esse oportet; Amph. 604 *sic* sum *ut* vides (sc. *me esse*); Aul. 323; Capt. 228 ero *ut* me voles esse; Ps. 240; Rud. 1099 *ut* tute's, *item* omnis censes esse? Trin. 46 *ita's ut* ego te volo; Cist. 1, 1, 48 *ut* dicis, *ita* futura es; Truc. 2, 7, 17 meretricem ego *item* esse reor mare *ut* est;

[1] sic Studem. (cod. ambros.); Fleck. et Lorenz. **simulter.**

Most. 901 esse *ut* addecet nequam homines, *ita* sunt. B. 725 bellus atquo *ut* esse maxume optabam locust; Capt. 307 *proinde ut* ipse fui imperator familiæ habeam dominum; Amph. 959 *proinde* eri *ut* sint, ipse *item* sit; Trin. 63 habeas (sc. eam) *ut (= qualem)* nanctu's; Merc. 428 mihi mandavit, ut ad illam faciem, *ita* (= talem) *ut* illæc est, emerem sibi; Trin. 620 difficilest reperiri amicum *ita ut* nomen cluet; Ps. 798 me arbitrabare *istoc pacto ut* prædicas; cfr Cic. de Or. 1, 179 cum ædes Tofio venderet, in mancipio lumina, *uti* tum essent, *ita* recepit; Fam. 16, 12, 4 quidvis est melius quam *sic* esse *ut* sumus.

Adnot. 3. **Ut** *junctum cum verbo* **posse** *ac* **superlativo** *perraro invenitur apud Plautum.* St. 145 curate igitur familiarem rem *ut potestis optume.*

2. Duæ enuntiationes in summa comparantur inter se ita, ut significentur esse similes vel ita, ut una sententia non minus vera esse indicetur quam altera. **Ut** — *item, tidem* = **liksom — så; lika visst som — så.** Hujus generis comparationes apud Plautum non sæpe inveniuntur. B. 963 *ut* ille (Ulixes) se blanditiis exemit et persuassit se ut amitteret, *item* ego dolis me illo extuli e periclo et decepi senem; Capt. 261 *ut* vos hic, *itidem* illi aput vos meus servatur filius; Poen. 287 non enim pote quæstus fieri, nisi sumptus sequitur, scio: *itidem ut* quæstus non consistet, si eum sumptus superat; Mil. 675 in bono hospite atque amico quæstus est quod sumitur, *ut* quod in divinis rebus sumptumst sapienti lucrost; Ter. And. 303 *ut* animus in spe atque in timore usque antehac attentus fuit, *ita* postquam adempta spes est, lassus cura confectus stupet; Haut. 417 *item ut* filium amico video inservire, nos *quoque* senes est æquom senibus obsequi; Hor. Ep. 1, 18, 3 *ut* matrona meretrici dispar erit, — scurræ distabit amicus.

Adnot. Quod apud florentis ætatis scriptores sæpissime fit, ut adversativa ratio intercedat inter sententias (**ut — ita = visserligen — men**), *ejus rei nulla apud Plautum inveni exempla.*

3. Ut adhibetur **in contestationibus.** *Ita* — **ut = lika visst — som; så sannt — som.** Primaria sententia antecedit; prædicatum ejus sæpissime est **amo, servo.**

a. **Præsens conj.** in primaria sent. B. 111 *ita* me di *ament, ut* Lucurgus mihi quidem videtur posse hic ad nequitiam adducier (så sannt hjelpe mig gudarne, som L. synes — =) *så sannt mig gudarne hjelpe, synes L. —;* Pers. 4, 3, 23 *ita* me di *ament, ut*[1] ob istanc rem tibi multa bona instant a me; St. 506 *ita* me di bene *ament* measque mihi *servassint* filias, *ut* mihi volup est, quia vos video; Poen. 1259 *ita* me dei *servent, ut* hic pater est voster; Curc. 208 *ita* me Venus *amet, ut* ego te hoc triduom numquam sinam in domo esse istac, quin te liberem; St. 742 *ita* me Venus amoena *amet, ut* exissem foras, nisi me vobis exornarem; Poen. 289 *ita* me dei *ament, ut* illa me amet malim quam di; B. 892 *ita* me Juppiter Juno Ceres Minerva Spes Latona Opis Virtus Venus Castor Polluces Mars Mercurius Hercules Submanus Sol Saturnus dique omnes *ament, ut* ille cum illa neque cubat neque ambulat; Ter. Haut. 686, Hec. 579; Ph. 807; Ov. 8, 866. Cic. Cat. 4, 11 *ita* liceat.

b. **Futurum indic.** in prim. sent. Aul. 496 *ita* me di *amabunt, ut* ego hunc ausculto lubens; Poen. 1219 *ita* me di *amabunt, ut* ego, si sim Juppiter, illam uxorem ducam et Junonem extrudam; Merc. 763 *ita* me *amabit* Juppiter, uxor, ut ego illud numquam deixi (= dixi); Merc. 762 *ita* te *amabit* Juppiter *ut* tu nescis *du vet det, så sant jag önskar* (lika visst som det är) *att J. ej må hjelpa dig;* Capt. 877 *ita* me *amabit* sancta Saturitas, Hegio, *ita*que suo me semper *condecoret* cognomine, *ut* ego vidi; Truc. 2, 2, 22 *ita* me *amabit* sarculum, *ut* me ruri amplexari mavelim bovem; Curc. 326 *ita* me *amabit* quam ego amo, *ut* ego haud mentior; Ter. Haut. 749, 463.

[1] sic Studem. (cod. ambros.); Veisius omittit **ut**.

c. **Futurum conj.** in prim. sent. Curc. 579 *ita* meæ volsellæ pecten speculum calamistrum meum bene me *amassint* meaque axicia linteumque extersui, *ut* ego tua magnifica verba non pluris facio quam ancillam meam; Capt. 623 *ita* me rex deorum atque hominum *faxit* patriæ conpotem, *ut* istic Philocrates non magis est quam aut ego aut tu.

Juro in *sententia primaria, omissa particula* **ita.** Amph. 831 per supremi regis regnum *juro* et matrem familias Junonem, *ut* mi mortalis nemo corpus corpore contigit.

Primaria sententia adhortationem raro significat. Amph. 1—16 *ut* vos *voltis (så sannt I viljen)* — hæc *ut* me *voltis* adprobare —: *ita* huic *facietis* fabulæ silentium *ita*que æqui et justi hic *eritis* omnes arbitri (futur. pro imper. cfr Madv. § 384 anm.).

4. Ut significat **proportionem.** *Ita, sic, proinde, perinde, exin, exim, exinde* — **ut = allt efter som, i den ordning som, i den mon som.** Capt. 933 numquam referre gratiam possim satis, *proinde ut* tu promeritu's de me et filio; Trin. 659 tibi nunc *proinde ut* mereris habeo summam gratiam; Capt. 314 is, *uti* tu me hic habueris, *proinde* illum illi curaverit; Capt. 745 tu, Aristophontes, de me *ut* meruisti *ita* vale; Most. 227 *ut* famast homini, *exin* solet pecuniam invenire; Most. 214 numquam ego illi possum gratiam referre, *ut* meritust de me; Trin. 1173 miserumst male promerita *ut* merita sint si ulcisci non licet.

Quisque pronomen invenitur in sententia comparativa, raro in primaria sent. Ps. 679 *proinde ut quisque* fortuna utitur, *ita* præcellet atque *exinde* sapere eum omnes dicimus; St. 520 *ut quoique* homini res paratast, *perinde* amicis utitur; Pers. 4, 1, 8 atque edepol ferme, *ut quisque* rem accurat suam, *sic* ei procedunt postprincipia denique; Rud. 1359 omnia *ut quicque* infuit *ita* salva sistentur tibi; — Cic. Or. 123 *ut quidque* erit dicendum, *ita* dicet; — Amph. 558 *proinde ut* commodumst et lubet, *quicque* facias; 251 *quisque, ut* steterat, jacet optinetque ordinem.

Utquomque (utcumque): Poen. 754 *utquomquest* ventus, *exim* velum vortitur, Ep. 49 *utcumque* in alto ventust, Epidice, *exim* velum vortitur.

Adnot. **Quisque** *perraro jungitur cum* **superlativo** *vel cum* **comparativo.** Men. 571 *uti quique* sunt *optumi, maxume*[1] morem habent hunc; Most. 831 *ut quidque magis* contemplor, *tanto magis* placet.

5. Ut significat **normam, ad quam quid enuntiatur. Ut = att döma efter** *(det sätt på hvilket),* **när hänsyn tages till, efter hvad, såsom.** Capt. 569 pol, ego *ut* rem *video,* tu inventu's, vera vanitudine qui convincas; Truc. 5, 70 *ut* rem gnatam *video;* Most. 993 *ut* verba *audio,* non in Aegyptum modo vectus fui; Ps. 99, Trin. 547 istest ager profecto, *ut* te *audivi* loqui, malos in quem mitti decet; Ps. 749; B. 218 *ut* rem hanc natam esse *intellego,* quod ames paratumst; Rud. 138 *ut verba prœhibes,* me perisse predicas; Men. 1118 filii quot eratis? *Me. ut* nunc maxume *memini,* duo; Cist. 4, 2, 52 hanc scire oportet, filia tua ubi sit, *signa ut dicit;* 4, 2, 91 quot annos nata dicitur? *Ha.* septem et decem. *Ph.* mea est. *La.* ea est, *ut* numerus annorum *attulit;* Truc. 2, 4, 58 nunc *ut prœmisit nuntium* miles mihi, non multo post hic aderit; As. 381 *ut demonstratœ sunt* mihi, hasce ædis esse oportet, Demænetus ubi dicitur habitare; Men. 207 quattuor minis istanc emi. *Pe.* quattuor minæ perierunt plane, *ut ratio redditur;* Capt. 921 ibo ut conveniam senem: dicam illi ut sibi penum aliut ornet, si quidem sese uti volet: nam, *ut hic quidem adornat,* aut jam nihil est aut jam nihil erit; Ps. 979 *ut vestitu's (att döma af din klädsel)* perforator parietum (es); Rud. 303 *ut* nunc valide *fluctuat* mare *(så våldsamt som hafvet nu är i uppror),* nulla nobis spes est; As. 576 num male relatast gratia, *ut* conlegam *conlaudavi? är det väl illa tackadt, så som jag nu öfverhopat min kamrat med loford?* Rud. 901 et operam ludos facit et retia,

[1] codd. **maxumi.**

ut est tempestas nunc atque *ut* noctu *fuit en sådan storm som det nu är och som det varit i natt;* Ps. 433 set si sint ea vera, *ut nunc mos est*, maxume, quid mirum fecit? men om det också är fullkomligt sannt, hvad märkvärdigt har han väl gjort, *om man tänker på bruket nu för tiden?* Rud. 674 nunc *se ut ferunt* res fortunæque nostræ, moririst par; Poen. 970 cretast profecto hæc horunc hominum oratio, *ut* mi *opsterserunt* omnem sorditudinem; cfr Ter. Ph. 55 præsertim *ut* nunc *sunt* mores; Haut. 168 *ut* diei tempus *est;* Ph. 820 *ut* meæ res *sese habent;* Haut. 870 Cic. Acad. 4, 11 *ut quidem* nunc causa *se habet;* Att. 15, 5, 3 *ut* nunc quidem *est;* Fam. 13, 69, 2 *ut* ejus modestiam *cognovi (med den kännedom jag har —)*, gravis tibi in nulla re erit.

6. Ut adhibetur **in sententiis parentheticis. Ut = såsom.** Prædicatum significat *se, höra, tro, säga, vilja, förtjena, anstå, börja, pläga: video, audio, opinor, dico, volo, mereo, æquom est, occipio, soleo* multa ejusdem generis. Ponitur nonnumquam particula modalis *(ita, proinde, item, itidem)*, ita tamen, ut ad vocabulum antecedentis enuntiationis non pertineat (cfr p. 27 Adn. 1). Merc. 851 apparatus sum, *ut videtis;* Cist. 1, 3, 22 *ut audistis*, dat puellam meretrici; Capt. 585 *ut perspicio;* Trin. 764 scitum, *ut* ego *opinor*, consilium inveni; Amph. 574 homo hic ebriust, *ut opino;* Ps. 23 *ut opinor*, quærunt literæ hæ sibi liberos; Aul. 77, Rud. 149 *ut mea opiniost*, illi sunt vocati; Trin. 1114 *ut* ego *suspicor;* Amph. 333 ut videtur; Amph. 491 quamquam, *ut* jam dudum *dixi*, resciscet tamen rem; 63 faciam sit, *proinde ut dixi*, tragicomœdia; Pers. 4, 4, 27 *uti* dudum *dixeram;* As. 413 quor non venisti, *ut jusseram*, in tonstrinam? B. 815 in eopse astas lapide, *ut* præco *prædicat;* Ps. 1072 eam gnato, *ut promissit*, dabit; Amph. 235 denique *ut voluimus*, nostra superat manus; Rud. 1296 non feretis istum, *ut postulatis;* Cas. 96 *proinde ut postulas;* Most. 1133 ego ferare faxo, *ut meruisti*, in crucem; As. 660 tu *ut decet* dominum ante me ito; Ps. 455 erum saluto primum, *ut æquomst;* Amph. 23 intellexerat vos se metuere, *ita ut æquomst* Jovem; St. 4 *ita ut æquomst;* Trin. 897 *ita ut occepi (som sagdt)*, si animum advortas, dicam; Rud. 1065 *ita ut occepi dicere;* St. 579 sed *ita ut occepi narrare* vobis: quom hic non adfui, cum amicis deliberavi; Curc. 43; Most. 527 tu *ut occepisti*, tantum quantum quis fuge; Trin. 651 in foro operam amicis da, ne in lecto amicæ, *ut solitus es;* B. 80 *ut solet* fieri; Capt. 25 *ut fit* in bello; Truc. prol. 16 *ut mos est* mulierum; Poen. 143 sine te verberem, *item ut* tu mihi *fecisti;* As. 50 quor filio suscenseam, patres *ut faciunt* ceteri? Rud. 659 jube oculos elidere, *itidem ut* sepiis *faciunt* coque.

Adnot. 1. **Ut** *causalem significationem raro habet.* Ps. 278 in pauca, *ut occupatus nunc sum (så upptagen som jag nu är)*, confer quid velis; 661 *ut lassus veni* de via, me volo curare; Merc. 410 *ut* nunc *sunt maledicentes* homines, uxori meæ mihique objectent lenoncinium facere; Cic. Tusc. 1,108 permulta alia colligit Chrysippus, *ut est* in omni historia *curiosus*.

Adnot. 2. Sententia comparativa nonnumquam significat eum **statum,** *in quo quis est, quum fit actio primariæ sententiæ.* Amph. 1067 *ut jacui*, exurgo *som jag låg der slagen af skräck, reser jag mig upp;* cfr Ov. Metam. 12,324 collo fraxinus, *ut* casu *jacuit* resupinus, adacta est; 2,272 tellus, *ut erat circumdata* ponto, sustulit oppressos collo tenus arida vultus.

Adnot. 3. Nullum apud Plautum inveni exemplum, in quo **ut** *particula ad rem affirmandam* **(ut = såsom verkligen;** Cic. Brut. 76 sit Ennius sane, **ut est certe,** perfector; Læl. 24 **ita ut erat)** *vel ad afferendum exemplum* **[ut = så (såsom) till exempel]** *adhiberetur.*

Neque inveni talia exempla qualia sunt **provincia, ut quæ maxime omnium, belli avida** (Liv. 23, 49, 12); **te semper sic colam ut quem diligentissime** (Cic. Fam. 13, 62); **domus celebratur ita, ut cum maxime** (Cic. Qu. fr. 2, 4, 6); Ter. Hec. 115.

Sicut *(sicuti)* significat

1. På det sätt som. Most. 771 hæc sunt *sicut* prædico; Trin. 685 *sicut* dixi faciam; B. 19; B. 718 *sicut* dicis; Aul. 294 nempe *sicut* dicis.

2. Såsom in sententiis parentheticis. Rud. 1111 signa qui parentis noscere hæc possit suos quibuscum parva Athenis periit, *sicuti* dixi prius; Trin. 805 set clanculum, *sicut* præcepi; Ps. 374.

3. Såsom också, såsom till exempel, så till exempel. Most. 416 id videndumst, — quæ designata sint et facta nequiter, tranquille cuncta ut provenant et sine malo, ni (= ne) patiatur, quam ob rem pigeat vivere. *sicut* ego efficiam *(såsom också jag skall ställa så till)*, quæ facta hic turbavimus, profecto ut liqueant omnia et tranqilla sint, neque quicquam nobis pariant ex se incommodi; Cas. 566 stultitia magnast amatorem ad forum procedere in eum diem, quo quod amet in mundo siet; *sicut* ego feci *(så t. ex. har jag gjort):* stultus contrivi diem, dum adsto advocatus cognato; Poen. 506 tardo amico nihil est inæquius —. *sicut* ego hos duco — tardiores quam corbitæ sunt in tranquillo mari; 1193; Most. 381, 545; B. 549, Men. 588, Mil. 974, Capt. 499.

4. Såsom verkligen. Ep. 272 nunc occasiost faciundi, priusquam in urbem advenerit, *sicut* cras hic aderit *såsom han verkligen skall göra i morgon;* Capt. 696 hau sine poena feceris, si ille huc rebitet, *sicut* confido adfore; B. 1086; As. 559; cfr. Cic. Lig. 26 quamvis ipse probarem, *ut probo*; Brut. 38 suavis, *sicut fuit*, videri maluit.

5. Sicut — *itidem, ita* = **liksom — så, lika visst som — så.** Mil. 727—730 *sicut* merci pretium statuit quist probus agoranomus: — *itidem* divos dispertisse vitam humanam æquom fuit; Trin. 549—552 *sicut* fortunatorum memorant insulas, quo cuncti qui ætatem egerint caste suam conveniant: *contra* istuc detrudi maleficos æquom videtur; Ep. 544; As. 16 *sicut* tuum vis unicum gnatum tuæ superesse vitæ sospitem et superstitem, *ita* ted optestor per senectutem tuam; Mil. 518.

Velut *(veluti)* significat **såsom till exempel, så till exempel.** Rud. 596 miris modis di ludos faciunt hominibus: ne dormientis quidem sinunt quiescere. *velut* ego hac nocte mirum atque inscitum somniavi somnium; Merc. 227, Truc. 2, 7, 19 des quantumvis, nusquam adparet neque datori neque acceptrici. *velut* hæc meretrix meum erum intulit in pauperiem; Most. 705 ibi omnibus ire dormitum adiost. *veluti* nunc mihi exsequi certa res est ut abeam ad forum; Ps. 771; Truc. 2, 1, 35, Aul. 462, Curc. 682.

Præut *(præ ut)* significat **mot som, i jemförelse med.** Men. 935 nunc homo insanire occeptat. *Se.* immo melior nunc quidemst de verbis, *præ ut* dudum fuit; Mil. 20 nihil hercle hoc quidemst, *præut* alia dicam *mot som* (jag skall nämna annat =) *annat som jag skall nämna;* Amph. 374 perii. *Me.* at parum etiam *præut* futurumst, prædicas (du säger det ännu icke mycket mot som =) *det du säger* (att du är förlorad) *är ännu inte mycket mot hvad som komma skall;* Merc. 470 Pentheum diripuisse ajunt Bacchas; nugas maxumas fuisse credo, *præ ut quo pacto* ego divorsus distrahor *att det varit bara lappris saker mot som (*det sätt, på hvilket) *jag* —. B. 928; Ter. Eun. 301.

B. Quam.

1. Quam significat **som.**

Tam — quam.

a. **Quam** jungitur **cum positivo** vel **cum verbo temporali.** Capt. 475 ipsi de foro *tam aperto* capite ad lenones eunt, *quam* in tribu sontis *aperto* capite condemnant reos; Cas. 761 neque usquam (credo) ludos *tam festivos* fieri *quam* hic intus fiunt ludi *ludificabiles* seni nostro; B. 767 *tam frictum* ego illum reddam *quam frictumst* cicer; Most 751 *tam liquidust, quam liquida* esse tempestas solet; Most. 852; Cas. 757 *tam* mihi mea vita, pessume, tua *quam* tibi *carast;* Cist. 2, 1, 27 neque opes nostræ *tam* sunt *validæ quam* tuæ; 4, 2, 5 sciat *tam socordem*

esse, *quam* sum; Trin. 541; Mil. 241; Most. 45 *tam facetis, quam* tu vivis, victibus; Men. 1063 *tam consimilist quam* potest; Capt. 310—312 *tam* ego fui ante *liber quam* gnatus tuus. *tam* mihi *quam* illi libertatem hostilis *eripuit* manus. *tam* ille aput nos *servit,* quam ego nunc hic apud te *servio;* Curc. 657 *tam facile* novi *quam* me; Ep. 504; Most 559 *tam facile* vinces, *quam* pirum volpes comest; As. 124, Aul. 548; Capt 639 satin istuc mihi exquisitumst fuisse hunc servom in Alide neque esse hunc Philocratem? *Ar. tam satis quam* numquam hoc invenies secus; As. 490 *tam* ego homo *sum quam* tu; Capt. 543; Capt. 316 *quam* tu filium tuum, *tam* pater me meus *desiderat;* Mil. 1202, Cas. 430; St. 454 *tam confido quam* potis; Mil. 457 *tam* east *quam* potis nostra erilis concubina.

Quam cum **sententia temporali** junctum: Merc. 956 *tam propitiam* reddam, *quam quom propitiast* Juno Jovi.

Correlatum omittitur (perraro). Rud. 943 non edepol piscis expeto *quam* tui sermonis sum indigens.

Adnot. **Non tam — set** pro *non tam — quam.* Trin. 688 nollo ego mihi te *tam* prospicere qui meam egestatem leves, *set* ut inops infamis ne sim; cfr Mil. 852.

b. **Cum comparativo:** *quam magis — tam magis; quam magis — tam; quam magis — magis.* B. 1091 *quam magis* id reputo, *tam magis* uror; Poen. 348 *quam magis* adspecto, *tam magis* nimbatast et nugæ meræ; As. 158 *quam magis* te in altum capessis, *tam* æstus te in portam refert; B. 1076 *quam magis* in pectore meo foveo, quas meus filius turbas turbet: *magis* curæst *magis*que adformido.

c. **Cum superlativo** vel in *utraque* sententia vel in *alterutra.* Aul. 236 *quam* ad probos propinquitate *proxume* te adjunxeris, *tam optumumst;* Truc. 1, 2, 69 amator similist oppidi hostilis. *quam primum* expugnari potest, *tam* id *optumumst* amicæ; *Di.* ego fateor, sed longe aliter est amicus atque amator. certe hercle *quam veterrumust, tam* homini *optumust* amicus; Capt. 398 *quam primum* poterit: in rem utriquest *maxume.* — Capt. 352 *quam citissume potest, tam* hoc cedere ad factum volo; Mil. 781 *quam potis tam* verba confer *maxume* ad conpendium; Merc. 121 *quam* restito, *tam maxume* res in periclo vortitur.

Correlatum omittitur nonnumquam. Men. 6 *quam potero* in verba conferam *paucissuma;* Capt. 448 *quam primum possis* redeas; Mil. 788 lautam vis an nondum lauta quæ sit? *Pa.* siccam at sucidam: *quam lepidissumam potis quamque* adulescentem *maxume.*

Æque — quam (haud sæpe). Ep. 307 nullum esse opinor ego agnum in omni agro Attico *æque feracem quam* hic est noster Periphanes; Mil. 465 neque quisquam est tanta audacia, qui *æque* faciat *confidenter* quicquam *quam* mulieres; St. 275 Mercurius numquam *æque* patri suo nuntium *lepidum* attulit, *quam* ego nunc meæ nuntiabo eræ; Aul. 297 pumex non *æquest aridus, quam* hic est senex.

Proinde — quam; bis tanto — quam; tanto — quam; haut centensumam partem — quam. Truc. 2, 3, 3 si *proinde* amentur mulieres *diu quam* lavant, omnes amantes balneatores sient; Amph. 943 *bis tanto amici* sunt inter se *quam* prius *två gånger så goda vänner som förr;* Merc. 297 *bis tanto valeo quam* valui prius; Men. 95 *quam magis* extendas, *tanto* adstringunt *artius;* Capt. 422 istic me *haut centensumam* partem laudat *(ej hundrade delen så mycket), quam*[1] ipse meritust ut laudetur laudibus.

Præquam *(præ quam)* significat **mot som, i jemförelse med.** Amph. 634 parva res est voluptatum in vita, *præquam quod* molestumst; Aul. 507 pulcrumst *præquam* sumptus *ubi* petunt; Most. 982 nihil hoc quidemst, triginta minæ, *præ quam* alios dapsilis sumptus facit; 1146 jam

[1] Brix. "quam, weil das Vorige den Sinn von minus hat".

mineris omnia alia facio, *præ quam quibus modis* ludificatust me *mot som hur* — (cfr *præ ut quo pacto* Merc. 470); Merc. 23.

2. Quam significat **än;** antecedit *comparativus* vel *vocabulum quod comparativam significationem habet.* As 63 *posterius* istuc dicis *quam* credo tibi; 268 ut ego illos *lubentiores* faciam *quam* lubentiast; Aul. 115 me *benignius* omnes salutant *quam* salutabant prius; 482 *minore* invidia utamur *quam* utimur; 484 *minore* sumptu simus *quam* sumus; Aul. 422 fustibus sum *mollior magis quam* ullus cinædus (cfr Capt. 644, St. 699); 499 dotem ad te adtuli *majorem* multo *quam* tibi erat pecunia; Amph. 601 neque lac lacti *magis* est *simile quam* ille ego similis est mei; As. 943 nec *secus* fecit *quam* alii solent; Trin. 176 utrum indicare me ei thensaurum æquom fuit, *advorsum quam* (tvärt emot hvad) ejus me opsecravisset pater; 236 nec quemquam *alium* admittat *quam* me ad se virum; Capt. 516 nunc illut est, quom me fuisse *quam* esse nimio *mavelim;* Truc. 4, 2, 30 *malim* inimicos mihi invidere *quam* inimicis me meis; Rud. 751 scio *probiorem* hanc esse *quam te*, inpuratissume; Ps. 209 taceas *malo* multo *quam* tacere dicas; Poen. 1150; As. 811 emori me *malim*, *quam* hæc non ejus uxori indicem; Aul. 662; Truc. 4, 2, 29. As. 798; Ps. 237 in rem quod sit *prævortaris quam* re advorsa animo ausculтes; Cist. 2, 1, 66 perdam operam *potius*, *quam* carebo filia; Mil. 1082 *postriduo* natus sum ego *quam* Juppiter natust. si hic *pridie* natus foret *quam* illest, hic haberet regnum in cælo.

Comparativus omittitur nonnumquam. Rud. 684 certumst *moriri quam* hunc pati grassari lenonem in me; Poen. 747 suspendant omnes nunciam se haruspices, *quam* ego illis posthac quod loquantur creduam; Men. 726.

C. Quasi.

Quasi significat **liksom, såsom.** Sæpissime ponitur in primaria sententia correlatum: *itidem, item, ita, eodem modo.* Merc. 695 coquos, *quasi* in mari solet hortator remiges hortarier, *ita* hortabatur; Ps. 199 cras te, *quasi* Dircam olim ut memorant duo gnati Jovis devinxere ad taurum, *item* hodie constringam ad carnarium; Rud. 732 *quasi* juncis murteta *item* ego vos virgis circumvinciam; 1008 te, *itidem quasi* peniculus novos exurgeri solet, exurgebo quidquid humoris tibist; St. 350 illos *itidemne* esse censes *quasi* te cum veste unica? Truc. 1, 1, 14—19 *quasi* in suscinam rete qui jaculum parat — *itidemst* amator; As. 178 *quasi* piscis *itidemst* amator lenæ; Capt. 1002 *quasi* pueris monedulæ dantur quicum lusitent: *itidem* mi advenienti hæc upupa qui me delectem datast; Aul. 595 *quasi* qui pueri nare discunt scirpea induitur ratis qui laborent minus: *eodem modo* servom ratem esse amanti ero æquom censeo; Cic. (raro). C. M. de sen. 19, 71 *quasi* poma ex arboribus, cruda si sunt, vix evellentur, si matura et cocta, decidunt, *sic* vitam adolescentibus vis aufert. — St. 539—544 fuit olim, *quasi* ego sum, senex. ei filiæ duæ erant, *quasi* nunc meæ sunt. eæ erant duobus nuptæ fratribus, *quasi* nunc meæ sunt vobis. — peregre advexerat, *quasi* nunc tu. set ille erat cæleps senex, *quasi* ego nunc sum; Ps. 955 transvorsus cedit, *quasi* cancer solet.

Quasi junctum cum **sententia temporali.** Capt. 80 *quasi quom* caletur cochleæ in occulto latent, suo sibi suco vivont: *item* parasiti rebus prolatis latent in occulto, miseri victitant suco suo; Most. 277 istæc veteres — *itidem* olent, *quasi quom* una multa jura confudit cocus; Ps. 544 *quasi quom* in libro scribuntur calamo literæ, stilis me totum usque ulmeis conscribito; 401 *quasi* poeta, tabulas *quom* cepit sibi, quærit quod nusquamst gentium, reperit tamen: facit illut veri simile quod mendaciumst: *nunc ego poeta fiam* (= item ego faciam): viginti minas, quæ nusquam nunc sunt gentium, inveniam tamen.

Consimilis quasi quom. Ep. 624 est *consimilis quasi quom* signum pictum pulcre adspexeris.

D. Atque *(ac).*

Antecedit correlatum: *æquus*, *consimilis*, *par*, *idem*, *æque*, *adæque*, *pariter*, *item*, *tam*, *alius*, *aliter*, *demuto* (atque ut), *muto* (atque ut). Trin. 493 *æquo* mendicus *atque* ille opulen-

tissumus censetur censu ad Acheruntem mortuos; B. 454 haut *consimili* ingenio *atque* illest qui in lupanari adcubat; Mil. 1251 *parem* sapientiam habet *ac* formam; Most. 221 *eundem* animum oportet nunc mihi esse *atque* olim; B. 214 Epidicum, quam fabulam *æque ac* me ipsum amo; Cas. 129 numquam jejunium jejunumst *æque atque* ego te ruri reddibo; Mil. 668 ad saltandum non cinædus malacus *æquest atque* ego; Capt. 999 nulla *adæquest* Acheruns *atque* ubi ego fui in lapicidinis; Men. 752 *pariter* hoc *atque* alias res soles; St. 462 *item* me spero facturum, augurium *ac* facit; Amph. 443 *tam* consimilist *atque* ego; — Ps. 1132 *alio* sunt illi ingenio *atque* tu; Ps. 475 *haut alio* modo me verberare *atque* ego te soleo cogitas; Truc. 1, 2, 70 longe *aliter* est amicus *atque* amator; Mil. 1130 numquid videtur *demutare* (= alio modo facere) *atque ut* quidem dixi esse vobis hunc militem? Amph. 274 neque se luna quoquam *mutat atque uti* exortast semel.

Haut centensumam partem atque. Mil. 764 *haut centensumam partem* dixi *atque* otium rei si sit, possum expromere (cfr Capt. 422).

Comparativus nonnumquam antecedit. Merc. 897 *amicior* mihi nullus vivit *atque* is est; Cas. 861.

Correlatum omittitur perraro. B. 549 hic quem esse *amicum* ratus sum *atque* ipsus sum mihi *lika vänligt sinnad mot mig som jag sjelf är.*

E. Quo modo, quem ad modum, quo pacto, quanto — *tanto*, quo — *eo.*

Ab his vocabulis incipientes sententiæ comparativæ non sæpe inveniuntur apud Plautum. Cist. 1, 1, 47 necesse est, *quo* tu me *modo* voles esse, *ita* esse, mater; Amph. 442 quom illum contemplo et formam cognosco meam, *quem ad modum* ego sum: nimis *similist* mei; Mil. 257 monstra, præcipe, ut teneat consilia nostra, *quem ad modum* exorsi sumus, de gemina sorore; B. 474 omnem *rem scio quem ad modumst* (cfr *ut* p. 58 Adn. 1. a.); As. 507 ubi piem Pietatem, si *istoc more* moratam tibi postulem placere, mater, mihi *quo pacto* præcipis? Amph. 548 *quanto*, nox, fuisti *longior*, hac proxuma, *tanto brevior* dies ut fiat faciam; Capt. 781 *quanto* in pectore hanc rem *magis* voluto, *tanto* mi ægritudo *auctior* est in animo; Trin. 861 *quo magis* specto, *minus* placet mi ea hominis facies; Cas. 805 *quanto* ego *plus* propero, procedit *minus;* Rud. 1301 *quanto magis* extergeo, *rutilum* atque *tenuius* fit.

Adnot. 1. **Adjectiva** ***correlativa apud Plautum non sæpe usurpantur:*** *talis* — **qualis;** *tantus* **quantus;** *tot* — **quot.** Men. 1029 nec servos umquam *tale* fecit *quale* tu mihi; Mil. 50; Amph. 537 ecastor *condignum* donum, *qualist* quoi dono datumst (cfr *ut*, Men. 906); Rud. 875 *pariter* suades, *qualis* es *råder så som du är till;* Capt. 777 *tantum* adfero, *quantum* ipsus a dis optat; B. 674; Ps. 936; Most. 211; 821 *tantist quantist* fungus putidus; Merc. 490 *tanti quanti* poscit, vin *tanti* illam emi? Ps. 1206 *tantumdem* argenti, *quantum* miles dehibuit, dedit; Pers. 4, 3, 56; Poen. 634; As. 807 *tot* noctis reddat spurcas, *quot* pure habuerit; St. 706; Most. 647 talentis magnis *totidem*, *quot* ego et tu sumus.

Adnot. 2. **Non alius nisi.** Trin. 395 qui *nil aliut nisi* quod sibi soli placet consulit advorsum filium, nugas agit; Most. 1141 *numquid aliut* fecit *nisi* quod summis gnati generibus?

Condicionales enuntiationes comparativæ.

Incipiunt hujus generis sententiæ a conjunctionibus **quasi, quasi si, quam si, tamquam si, præ ut si;** in **conjunctivo** poni solent.

A. Quasi.

1. Primaria sententia ponitur. Antecedit sæpissime correlatum: *tam, ita, sic, tantidem, proinde, sirempse* (på samma sätt), *proinde, consimilis; simulo, adsimulo* (= similiter facio), *dissimulo.*

a. **Præsens.** Aul. 719 sedent *quasi sint* frugi; Curc. 51 *tam* a me pudicast *quasi* soror mea *sit;* Merc. 315 plane decrepitus senex *tantidemst, quasi sit* signum pictum in pariete; Poen. 1103 eas adseras, *quasi* filiæ tuæ *sint;* Truc. 2, 5, 22 eum ornatum ornavi, gravida *quasi* puerperio *cubem;* Trin. 768 exornetur in peregrinum modum, *quasi sit* peregrinus; St. 77 ratiocinor, utrum lacessam oratione ad hunc modum, *quasi* numquam quicquam adeo *adsimulem,* an *quasi* quid *indaudiverim* eas in se meruisse culpam; Poen. 845 *proinde* habet orationem, *quasi* ipse *sit* frugi bonæ; Mil. 820 *consimilest* quom stertas *quasi sorbeas;* As. 796 *simulet quasi* gravedo *profluat;* Pers. 1, 3, 4 *simulabo, quasi* non *videam;* 4, 5, 5; Amph. 115 *ita adsimulavit* se *quasi* Amphitruo *siet;* Poen. 600; Mil. 1170; 992 *dissimulabo* hos *quasi* non *videam;* 1035 face te fastidi plenum, *quasi* non *lubeat;* Ep. 275 *sic faciundum* censeo, *quasi* tu *cupias* liberare fidicinam, *quasique ames* illam.

b. **Perfectum.** Amph. 683 *sic* salutas atque appellas, *quasi* dudum non *videris;* Men. 1101 *tam quasi* me *emeris* argento, liber servibo tibi; 1074 sepultust *quasi sit mortuos;* Capt. 542 quid istuc est, quod dicam te pro ignoto me aspernari, *quasi* me numquam *noveris?* Men. 498; Mil. 934 hanc ad nos mittitote, *quasi* clanculum *missa sit;* Merc. 205 cor miserum meum, quod guttatim contabescit, *quasi* in aquam *indideris* salem; Poen. 831 quodvis genus ibi hominum videas, *quasi* Acheruntem *veneris;* Amph. 74 *sirempse* (= eandem) legem jussit esse Juppiter, *quasi* magistratum *ambiverit;* Mil. 1164 *adsimulem me* amore istius *differri quasique* istius causa amoris ex hoc matrimonio *abierim;* 1171; Ep. 195 *ita adsimulato, quasi* hominem *quæsiveris;* Amph. 200 *quasi adfuerim simulabo;* Curc. 391.

c. **Imperfectum** vel **plusquamperf.** (raro). Amph. 1096 ædes totæ confulgebant, *quasi essent* aureæ; Ep. 249 coepi ad illos accedere, *quasi retruderet* med hominum vis invitum; Men. 481 extemplo, *quasi* res cum ea *esset* mihi, coepi adsentari; Ps. 1162 adlegavit hunc, *quasi* a Macedonio milite *esset;* — Ep. 390 coeperam animi med excruciare, *quasi* quid filius meus *deliquisset* med erga, aut non pluruma male facta mea *essent* solida in adulescentia.

2. Sententia secundaria quasi absoluta adhibetur ita, ut aliquid per eam refellatur vel ut absurdum refutetur. Amph. 89 quid id estis admirati? *quasi vero* novom nunc *proferatur,* Jovem facere histrioniam; Cas. 333 nugæ sunt istæ magnæ: *quasi* tu *nescias,* repente ut emoriantur humani Joves; Ep. 226 quid istuc tam mirabilest? *quasi non* fundis exornatæ multæ *incedant* per vias; Ps. 632, Poen. 272, Most. 1178; Men. 638; 669 male mi uxor sese fecisse censet, quom exclusit foras: *quasi non habeam,* quo intro mittar, alium meliorem locum; Ps. 684; 609 *Ps.* condus promus sum. *Ha. quasi te dicas* atriensem; 634; Merc. 512; Rud. 98, Trin. 891. — Merc. 957 *De. quasi* tu numquam quicquam adsimile hujus facti *feceris. Ly.* edepol numquam; Truc. 2, 2, 37 itane erubuisti? *quasi vero* corpori *reliqueris* tuo potestatem coloris ulli capiendi mala.

Quasi pro **quam si** (perraro)[1]. Mil. 483 nec erile negotium *plus* curat *quasi* non servitutem *serviat;* Aul. 231 me *magis* haud respicias, gnatus *quasi* numquam *siem.*

Quasi si. As. 838 *Ar.* an tu me tristem putas? *De.* putem ego quem videam *æque* esse mæstum, *quasi* dies *si dicta sit?* Cas. 46 era educavit magna industria, *quasi si*[2] *esset* ex se *nata*, non multo secus.

Quasi si pro **quam si.** Amph. 1078 nec *secus* est *quasi si* ab Acherunte *veniam.*

B. Quam si.

Ps. 102 non *pluris* refert *quam si* imbrem in cribrum *ingeras;* Pers. 3, 1, 26 non ego inimicitias omnes *pluris* æstumo, *quam*, mensa inanis nunc *si apponatur* mihi; Rud. 218 numqui *minus* servio, *quam si forem* serva nata? Capt. 273 nec mihi *secus* erat *quam si essem* familiaris filius.

Quam si pro **quasi.** Men. 969[3] rem eri diligenter tutetur, *quam si* ipse *adsit*, aut rectius.

Tamquam si (perraro). As. 427 *tamquam si* cludus *sim*, cum fustist ambulandum; Most. 402 intus cave muttire quemquam siveris, *tamquam si* intus natus nemo in ædibus *habitet.*

Præ ut si (semel et quidem cum *indicativo).* Men. 376 folia nunc cadunt, *præ ut si* triduom hoc hic *erimus (mot som om vi blifva här nu i tre dagar): tum* arbores in te cadent.

Enuntiationes temporales.

Incipiunt a conjunctionibus **postquam, ubi, ut, quom, quando, simul ac, dum, donec (donicum), priusquam.**

A. Postquam[4] *(post — quam)*, ubi, ut *(uti).*

Hæ conjunctiones junguntur **cum indicativo,** nisi quod invenitur **conjunctivus obliquus, subjectivus, potentialis.**

Per temporalem sententiam significatur

A. Actio singularis.

1. In præterito.

a. **Perfectum historicum** in temporali sententia.

1. Perfectum historicum in prim. sententia. Merc. 199 *postquam aspexit* mulierem, rogitare *occepit*, quoia esset; Most. 971 qui, *postquam* pater ad mercatum *abiit* hinc, tibicinam

---

[1] Trin. 265 pejus perit **quasi** (Brix.); Fleckeis: periit **quasi**; Stud. (cod. ambr.) pejus perit **quam si.** Truc. 2, 3, 20 magis respiciet **quasi** (Brix. adn. ad Trin. 265); Speng. **quam si.**

[2] var lect. Stud. cod. ambr. **quasi** esset; alii: **quam si.**

[3] cfr Brix. ad h. l.

[4] forma **posteaquam** apud Plautum non invenitur.

liberavit; Ep. 563 *postquam audivi ilico* illam esse captam, *continuo* argentum *dedi,* ut emeretur; B. 277, Curc. 329, Amph. 1102; 802 quid (sc. feci), *postquam lavi?* 806, 911. — Mil. 123 *ubi* contra *aspexit* me, oculis mihi signum *dedit,* ne se appellarem; Most. 201, 1122, Trin. 853; Men. 599 *ubi primum licitumst, ilico properavi* abire; Ps. 490; B. 960 post *ubi* (sedan = *i och med det samma som*) tabellas ad senem *tetuli, ibi* ego *occidi* Troilum; cfr 957. — B. 374 quæ *ut aspexi,* me *continuo contuli* protinam in pedes; B. 388, 802, Ep. 14. Capt. 478 *uti dudum* hinc *abii, accessi* ad adulescentis in foro; Amph. 203 *principio ut* illo *advenimus, ubi primum* terram *tetigimus, continuo delegit* viros.

2. Præsens hist. in prim. enuntiatione. Amph. 1107 *postquam* in cunas *conditust, devolant* angues; Mil. 121, Most. 485, 1048, Men. 37, Ps. 1272; Merc. 256 *postquam* id quod volui *transegi, ibi* ego *conspicor* navem ex Rhodo; Capt. 509; Amph. 1111 *postquam* pueros *conspicati* (sc. sunt), *pergunt* ad cunas citi; Curc. 354; Truc. 3, 1, 3 *post* illoc *quam veni, advenit.* — Mil. 117 *ubi sumus provecti* in altum, *capiunt* prædones navem; Amph. 211, 216; Capt. 559 *credidi* esse insanum *extemplo ubi* te *appellavit* Tyndarum; Amph. 242; 1092 *postquam* parturire hodie uxor *occepit, ubi* utero *exorti* (sc. sunt) dolores, — *invocat* deos; — *ut* (raro): primaria sent. incipit ab *atque:* B. 278 *forte ut adsedi (just som jag satt mig)* in stega, dum circumspecto, *atque* ego lembum *conspicor;* Poen. 650; cfr Most. 1050 quom eum convocavi, *atque* — segregant.

3. Imperfectum in prim. sententia (raro). St. 364 *postquam* me *missisti* ad portum cum luci semul, *commodum sese* sol *superabat* ex mari *höll just på att gå upp;* Truc. 2, 6, 25 *ubi natust,* machæram et clypeum *poscebat* sibi; Cas. 433 ut *festinabat* miser, ut *subsultabat, postquam vicit* vilicus; Amph. 602 *So. ut dudum* ante lucem a portu me *præmisisti* domum, *Am.* quid igitur? *So. prius* multo ante ædis *stabam quam* illo *adveneram;* Cæs. B. G. 7, 82, 1; Cic. Rosc. Am. 6, 16; Fam. 3, 10, 1.

b. **Præsens historicum** in temporali sententia.

1. Præsens hist. in enunt. prim. Capt. 487 *abeo* ab illis, *postquam video* me sic ludificarier; Curc 683 *postquam* nil *fit,* clamore hominem *posco;* Mil. 124 *postquam occasiost, conqueritur* mecum mulier fortunas suas; Capt. 24 *postquam belligerant* Aetoli cum Aleis, *capitur* alter filius; Sall. Cat. 21, 5 *postquam videt — intelligit;* 40, 3; 57, 5; Jug. 6, 2 (sæpius). — Most. 1051 *ubi video* rem vorti in meo foro, *facio* idem quod plurimi; Merc. 80 *ubi intellego — offirmo;* Cas. 922 *ubi video — rogo;* Cic. Verr. 4, 29, 66 *ubi videt — jubet.* — *Infin. hist.* in prim. sent. B. 289 *ubi* portu *eximus,* homines remigio *sequi.* — Mil. 114 *ut* amicam erilem Athenis avectam *scio,* ego mihi navem *paro;* Merc. 100 discubitum noctu *ut imus,* ecce ad me *advenit* mulier; Hor. Sat. 1, 5, 15.

2. Perf. hist. in sent. prim. Trin. 109 *postquam* ejus rem *confregit* filius *videt*que ipse ad pauperiem protractum esse se, — mihi *commendavit* virginem; Men. 24 *postquam* pueri septuennes *sunt,* pater *oneravit* navem mercibus; Virg. Ecl. 1, 30. — Cist. 1, 3, 12 is *ubi* malam rem *scit* se meruisse: *illico* pedibus perfugium *peperit;* Amph. 1061.

2. In futuro *(simpl., exact.).*

Ubi sæpe invenitur. B. 688 *ubi* me *aspiciet,* ad carnuficem *rapiet continuo* senex; Rud. 930 jam *ubi* liber *ero,* igitur demum *instruam* agrum; Men. 258; Poen. 1420 *ubi primum potero, ilico* (sc. ire certumst); B. 36 *ubi* me *fugiet* memoria, *ibi* tu *facito* ut subvenias; Ep. 423. — B. 708 hoc *ubi egero, tum* istuc *agam;* 977 senem *vendam extemplo ubi* oppidum *expugnavero;* 757 *ubi erit adcubitum* semel, *ne* quoquam *exurgatis;* Trin. 597 *ecfugiet* ex urbe, *ubi erunt factæ* nuptiæ; Mil. 942, St. 569.

Adnot. **Postquam** *cum futuro numquam conjungitur apud Plautum.*

B. Actio iterativa.

Ubi longe sæpissime adhibetur; **ut** cum **quisque** pronomine conjungitur, ita ut proprie significet: *allt eftersom* (cfr p. 60. 4.); **postquam** duobus locis inveni (Most. 860, Ps. 296).

1. **Præsens** in temporali sententia. Men. 318 quamvis ridiculus *est*, *ubi* uxor non *adest;* 926 *ubi* satur *sum*, nulla (intestina) *crepitant;* Most. 273 mulier recte *olet*, *ubi* nil *olet;* Aul. 184 non *temerariumst*, *ubi* dives blande *appellat* pauperem; Capt. 234, Most. 105, St. 178, Ps. 681, 819, 840, As. 514; Men. 585 juris *ubi dicitur* dies, *simul* patronis *dicitur;* Aul. 197 *ubi* manum *injicit* benigne, *ibi onerat* aliquam zamiam; Pers. 2, 5, 8; Capt. 500 *ubi quisque vident* me hodie, *gratulantur;* — Ps. 311 *ilico vixit (det är strax slut med)* amator, *ubi* lenoni *supplicat.* — Men. 522 *ut quemque conspicor*, *ita* me *ludificant;* Truc. 2, 1, 15; Curc. 59. — Ps. 296 *postquam* a mensa *surgunt*, *postilla* omnes cautiores *sunt* ne credant alteri.

2. **Perfectum** *(iterativum antecedens)* in temporali sententia. Curc. 293 *ubi* quid *subrupuere*, calidum *bibunt;* Rud. 984 *ubi dimisi* rete atque hamum, quidquid hæsit *extraho;* As. 304, Pers. 2, 5, 12, Mil. 753; Most. 276 *ubi* sudor cum unguentis sese *consociavit*, *ilico* itidem *olent*, quasi —; Curc. 80 eaque *extemplo ubi* vino hasce *conspersi* foris, de odore adesse me *scit*, *aperit ilico;* Most. 131 *ubi emeritumst* stipendium, igitur *tum* specimen *cernitur*; B. 471 acerrume æstuosa *apsorbet* (meretrix), *ubi quemque attigit;* — Capt. 78 *ubi* res *prolatæ sunt*, quom rus homines eunt: *semul prolatæ sunt (ligga framme)* nostris dentibus. — Mil. 1264 omnes profecto mulieres te *amant*, *ut quæque aspexit;* Hor. Sat. I, 6, 27. — Most. 860 illi, qui nil metuont, *postquam sunt* malum *promeriti*, *tum* stulta *expetunt* sibi consilia.

3. **Imperfectum** in tempor. sententia (raro). Mil. 856 *ubi bacchabatur* aula *[för hvar gång kannan* (svärmade i backanalisk yra i. e.) *blef full]*, *cassabant* cadi *stodo faten på hufvudet* (hälldes); Trin. 504 *ubi* usus nihil *erat* ei dicto, "spondeo" *dicebat:* nunc hic, quom opus est, non quit dicere; Sall. Jug. 55, 4 *ubi* frumento aut pabulo *opus erat*, cohortes præsidium *agitabant.* — Merc. 216 quin, *quicque ut dicebam*, mihi *credebat;* 45; Cæs. B. G. 3, 4, 2.

4. **Plusquamperfectum** *(iterativum antecedens)* raro. As. 209 *ubi* quid *dederam*, quasi columbæ pulli in ore ambæ meo usque *eratis;* Liv. 2, 27, 2 quod *ubi* cui militi *inciderat*, collegam *appellabat;* — Poen. 486 *ut quisque acciderat*, eum *necabam* ego *ilico;* Ter. Hec. 802, Liv. 21, 42, 3.

Adnot. **Ut quisque** *etiam cum* **futuro** *conjungitur:* As. 246 *supplicabo, ut quemque* amicum *videro;* Capt. 797; Cic. de Or. 2, 146.

C. Status *(nu sedan)* aut *id tempus unde exitur (allt sedan, från den tid då)*[1].

Ita adhibentur **postquam, ut.**

1. **Præsens** in temporali sententia.

a. **Præsens** in primaria sententia. B. 531 *nunc* ego illam me *velim* convenire, *postquam* inanis *sum;* Truc. 2, 3, 24; Ep. 504 *postquam liberast* ubi habitet dicere admodum incerte *scio;* Liv. 21, 13, 4 *postquam* nec — vobis ulla *est* spes, nec vos arma *defendunt*, pacem *adfero;* Cic. Att. 2, 11, 1; — Men. 235 hic annus *sextust*, *postquam* ei rei operam *damus det är nu på det sjätte året*, *sedan vi började att* —.

b. **Perfectum** in sent. primaria. Truc. 3, 2, 14 jam *postquam* in urbem crebro *commeo*, dicax *sum factus;* Most. 925 tibin' umquam quicquam, *postquam* tuus *sum*, verborum *dedi?* Most.

[1] cfr Cas. 902 ***postquam decubuisti, inde*** volo memorare jag vill att du ***berättar ända från det ögonblick då*** —.

156 nunc *postquam* nihili *sum*, id vero meopte ingenio *repperi;* Curc. 325, Mil. 1331; — Pers. 5, 2, 46 jam diu *factum est*, *postquam bibimus.*

2. Perfectum in tempor. sent.

a. **Præsens** in prim. sent. St. 108 pol ego uxorem *quæro*, *postquam* vostra mater *mortuast;* Capt. 144 ego, *postquam* gnatus tuus *potitust* hostium, nunc *desidero;* Aul. 80 nunc defæcato demum animo *egredior* domo, *postquam perspexi* salva esse intus omnia; Trin. 998 *postquam* ille hinc *abiit*, *post* loquendi libere *videtur* tempus venisse; Pers. 4, 3, 67; 4, 7, 1; Ps. 394, 1053, Rud. 528, Amph. 846, Trin. 417; Men. 684 *postquam* illam dudum tibi *dedi* atque *abii* ad forum, *nunc redeo*, nunc te postillac *video;* 988; Capt. 157 *fugitant* omnes hanc provinciam, *post* Philopolemus *quam captust* tuus; B. 171 erilis patria salve, quam ego *biennio postquam* hinc in Ephesum *abii conspicio* lubens; — Cas. 412 *Lys.* malo, Chaline, tibi cavendum censeo; *Ch.* temperi (nu så dags); *postquam oppugnatumst* os. — Merc. 374 in portum huc *ut sum advectus*, nescio qui animus mihi *dolet;* Most. 220 eundem animum oportet nunc mihi esse gratum *ut inpetravi*, atque olim; Men. 634 *ut dudum devorti* abs te, *redeo nunc* demum domum (cfr *postquam* Men. 684); — St. 29 viri nostri domo *ut abierunt*, hic *tertiust annus det är nu in på det tredje året*, *som de ha varit borta.*

b. **Perfectum** in prim. enunt. St. 156 *postquam natus sum*, satur numquam *fui;* Men. 400 neque huc umquam, *postquam natus sum*, intra portam *penetravi* pedem; 959, Amph. 611; Most. 957 *postquam* peregre hinc ejus pater *abiit*, *numquam* hic triduom unum *desitumst* potarier; St. 268; Amph. 605 huic homini nescio quid *est* mali *objectum*, *postquam abiit;* Capt. 92 *postquam* meus *est* rex *potitus* hostium, nunc hic *occepit* quæstum hunc inhonestum; Trin. 600. Cic. Att. 2, 11, 1. — Amph. 733 neque pedem meum huc *intuli* etiam in ædis, *ut* cum exercitu hinc *profectus sum;* Most. 471 septem menses sunt, quom in hasce ædis pedem *nemo intro tetulit*, *semel ut emigravimus;* Ep. 600 quid ego, qui illam *ut preimum vidi*, numquam *vidi* postea! Cic. Brut. § 19.

c. **Futurum** in prim. sententia (perraro). Amph. 481 alter decumo *post* mense nascetur puer *quam seminatust*, alter mense septumo.

3. Imperfectum in tempor. sententia (raro). Most. 640 *postquam* hæc ædes ita *erant* ut dixi tibi, *continuost* alias ædis *mercatus* sibi; Ter. Ph. 570; Liv. 1, 23, 6 *postquam* instructi *stabant*, — duces *prodeunt;* As. 343 in tonstrina *ut sedebam (som jag satt)*, me *infit* percontarier; Men. 63 rus *ut ibat forte just som han var på väg;* Ter. Ad. 406 *ut numerabatur forte* argentum, *intervenit* homo de inproviso; Cic. Verr. 1, 7, 18 *ut reducebatur*, *fit* obviam ei curio; Liv. 6, 24, 7; 22, 14, 3; *ubi* (semel): B. 685 quid, *ubi reddebas* aurum (när det *var* din afsigt, du *hade i sinnet* att återlemna), *dixisti* patri?

4. Plusquamperfectum in sent. temporali (raro)[1]. Curc. 646 *postquam* illo *ventumst*, jam *ut* me *conlocaverat*, *exoritur* ventus turbo; Most. 484 *ut* foris *cenaverat* tuus gnatus, *postquam rediit* a cena domum, *abimus* omnes; B. 957 *dudum primo ut dixeram* nostro seni mendacium —, *ibi* signum ex arce jam *apstuli* (cfr 960); Men. 63 rus *ut ibat forte*, *ut* multum *pluerat* —.

Adnot. 1. **In conjunctivo** (cfr p. 67) ***sæpe ponuntur sententiæ incipientes ab* ubi, *raro eæ, quæ a* postquam, ut *incipiunt.*** Trin. 1086 credidi ægre tibi id, *ubi audisses*, fore; Rud. 1337 dejera te argentum mihi daturum eodem die *ubi* viduli *sies potitus;* Ep. 386; Trin. 699 id agis ut, *ubi* adfinitatem inter nos nostram *astrinxeris*, effugias; Mil. 3, 1122, B. 43, 45, Rud. 1220; Mil. 742 hospes nullus tam in amici hospitium devorti potest, quin, *ubi* triduom continuom *fuerit*, jam

[1] in hujus generis exemplis sæpe difficile est dijudicare, utrum ipsa **actio** an **status actionis perfectæ** gravius sit ostendendus; cfr Hoffmann "die construction der lat. zeitpartikeln". Wien 1873. p. 15—40.

odiosus siet; As. 945; Pers. 2, 2; 48 ne, *ubi* capillus versipellis *fiat*, foede servias; Ep. 588 non patrem ego te nominem, *ubi* tu tuam me *adpelles* filiam? Rud. 119 istic infortunium, qui præfestinet *ubi* erus *adsit* præloqui; Amph. 439 *ubi* ego Sosia esse *nolim* (potent. præs.), tu esto sane Sosia; Trin. 496, Ps. 1176; B. 431 inde de hippodromo et palæstra *ubi revenisses* domum, cincticulo præcinctus in sella aput magistrum adsideres (potent. præt. cfr. p. 47, 2). — Mil. 1167 hasce esse ædis dicas dotalis tuas: hinc senem aps te abisse, *postquam feceris* divortium; Most. 975 et *postquam* ejus hinc pater *sit profectus* peregre, tum perpotasse adsiduo hic simul tuo cum domino? Merc. 61, 73; 67 extemplo inde, *ut spectavisset* peplum, rus rusum confestim exigi solitum a patre.

Adnot. 2. Ad significandum, quum primum facta sit actio temporalis sententiæ, **continuo** *fieri primariæ enuntiationis actionem, adverbia temporis ita usurpantur, ut aut in altera sententia aut in utraque ponantur: jam postquam, nunc postquam, ubi primum, ubi ilico, ubi extemplo (ext. ubi), ut dudum (dud. ut), principio ut, dudum principio ut, ut forte (f. ut), ut primum, semel ut; — jam, nunc, simul (semul), ilico, extemplo, continuo, commodum, ibi, deinde, post, postea, numquam postea, postilla, tum, igitur tum, igitur demum, nunc demum, tum igitur demum; — postquam ilico — continuo; postquam dudum — nunc; postquam — exin; ubi primum — continuo (ilico); post ubi — ibi; jam ubi — igitur demum; ut primum — numquam postea; principio ut — continuo; dudum principio (primo) ut — ibi; atque: forte (principio) ut — atque.*

Adnot. 3, **Postquam, ubi, ut** *conjunctiones, quarum* **postquam** *et* **ubi** *multo sæpius inveniuntur quam* **ut** *et apud Plautum et apud Terentium, raro cum* **imperfecto** *et* **plusquamperfecto** *junguntur.* **Ubi** *et cum* **præsenti** *et cum* **perfecto** *sæpissime conjungitur, ita tamen, ut apud* **Plautum** *sæpius significet* **actionem iterativam** *quam* **singularem in præterito,** *apud* **Terentium** *autem* **duplo fere sæpius singularem** *in præterito* **actionem quam iterationem.** *Ac* **postquam,** *quum jungitur cum præsenti, apud* **Plautum** *sæpius* **præsentis,** *apud* **Terentium** *sæpius* **præteriti** *habet significationem*[1].

B. Quom.

I. Indicativus.

A. Præsens aut Perfectum in temporali sententia.

Per sententiam temporalem significatur

1. Actio singularis.

a. **Præsens** in sententia temporali.

α. **In tempore præsenti.** *Nunc* longe sæpissime ponitur correlatum: Aul. 194 *nunc petit, quom pollicetur:* inhiat aurum ut devoret; Merc. 178 *nunc, quom* malum *audiendumst, flagitas* me ut eloquar; Rud. 1279 *nunc* non *censet, quom volo;* St. 146, Truc. 2, 2, 18, As. 144, Aul. 629, Trin. 504; Amph. 416 egomet mihi non *credo, quom* illæc autumare illum *audio;* Mil. 1325, Rud. 743.[2]

Notio temporalis (nomen, pronomen, adverbium) simul cum **esse** verbo sæpe est prædicatum in primaria sententia. Aul. 4 hanc domum *jam multos annos est quom* (sedan) *possideo:* Cic.

[1] cfr Lübb. p. 172–185.

[2] sæpe difficile est dijudicare, **quom** utrum **temporale** an **explicativum** sit (cfr p. 19 A). Truc. 2, 2, 18 nunc places, **quom** mi inclementer dicis.

Fam. 15, 14, 1 *multi anni sunt, cum* ille in meo ære *est.* Merc. 534 *jam bienniumst, quom habet* rem tecum; Capt. 518; Rud. 664 nunc *id est, quom* omnium copiarum — viduitas nos *tenet;* Amph. 302 *jam diust quom* ventri victum *non datis;* Poen. 924.

β. **In tempore præterito.** Most. 25 hæcine *mandavit* tibi, *quom* peregre hinc *it,* senex? Amph. 668; Cic. p. Rosc. A. 120 *cum occiditur* Sextus R., ibidem *fuerunt;* Pers. 5, 2, 58 credo, quia non *inconciliat, quom* te *emo;* Capt. 887 Stalagmus quojus *erat* tunc nationis, *quom* hinc *abit?* Men. 29, 1136, 1115; Merc. 617 jam *addicta* atque *abducta erat, quom* ad portum *venio;* Cic. Att. 10, 16, 5 sed *cum redeo,* Hortensius *venerat;* Rud. 65 ad portum *[quom]* adulescens *venit,* illorum navis longe in altum *apscesserat;* — Ep. 217 *quom* ad portum *venio, atque* ego illam illi video præstolarier.

Quom inversum rarissimum est. Men. 1054 tu *clamabas* deum fidem atque hominum omnium, *quom* ego *accurro* teque *eripio* vi pugnando; Aul. 521 absolutos *censeas, quom incedunt* infectores corcotarii.

b. **Perfectum** in temporali sententia.

α. **Perfectum** (sæpius *historicum)* in *primaria* sententia. Merc. 393 mihi quidem edepol *visast, quom* illam *vidi;* cfr. *Cic.* Att. 2, 21, 3 non *tenui* lacrimas, *cum* illum *vidi* concionantem; Amph. 1137 tu gravidam item *fecisti, quom* in exercitum *profectu's; Cic.* Att. 6, 1, 25 ibi sua *deposuit, cum* ad me *profectus est;* Ps. 623 olim *quom abiit,* argento hæc dies *præstitutast; Cic.* Fam. 10, 18, 1 quid in animo habuerim, *quum discesserunt,* — cognoscere *potuisti;* Men. 1056 *quom* argentum *dixi* me petere — *præcucurristi; Cic.* de Or. 2, 242 "per tuas statuas" vero *cum dixit* et extento bracchio paullulum etiam de gestu *addidit,* vehementius *risimus;* Men. 392 tecum *venit, quom* pallam mihi *detulisti; Hor.* Epod. 5, 65 *fugit* —, *cum* palla — novam incendio nuptam *abstulit;* Trin. 194 posticulum hoc *recepit, quom* ædis *vendidit;* Rud. 1185; Poen. 1070 et is me heredem *fecit, quom* suom *obiit* diem; 77, 904, Men. 62; Cas. 17 hæc *quom primum actast, vicit* omnis fabulas; Amph. 91 etiam histriones anno *quom* in proscenio hic Jovem *invocarunt, venit;* B. 961. — Most. 135 postea *quom immigravi (sedan jag har flyttat in* och *befinner mig i)* ingenium in meum, *perdidi* operam fabrorum ilico; — *præs. hist.* Most. 1050 *quom* eum *convocavi, atque* illi me ex senatu *segregant.*

β. **Præsens** verbi **esse** simul *cum notione temporali* in prim. sent. Pers. 1, 3, 58 leno *non sex menses* Megaribus huc *est quom* (sedan) *commigravit;* Trin. 402, Merc. 533; Most. 470 *septem menses sunt, quom* in hasce ædis pedem *nemo* intro *tetulit,* semel ut emigravimus; Men. 446 plus *triginta natus annis* ego *sum, quom* interea loci *numquam* quicquam facinus *feci* pejus; Merc. 541 *hau* sane *diust quom* dentes *exciderunt;* Cic. Fam. 15, 16, 3 *biennium* aut *triennium est, quum* nuntium *remisisti.* Idem significatur *perfecto* verbi **fieri.** Trin. 1010 jam dudum *factumst quom abisti* domo; As. 890, 251, Cas, 40.

γ. **Imperfectum** (ad statum significandum) in enunt. prim. (semel). Rud. 846 etiamne in ara tunc *sedebant* mulieres, *quom* ad me *profectu's* ire? Cæs. B. G. 6, 12, 1 *quum* Cæsar in Galliam *venit,* alterius factionis principes *erant* Hædui, alterius Sequani.

Conjunctivus optativus in prim. sent. Rud. 497 *utinam* ego, *quom* in ædis me ad te *adduxisti,* in carcere *cubuissem.*

2. Actio iterativa.

a. **Præsens** in tempor. enuntiatione. Ep. 147 mihi *dolet quom* ego *vapulo;* Capt. 73 amator, talos *quom jacit,* scortum *invocat;* Truc. prol. 17 omnis id *faciunt, quom* se amari *intellegunt;* Rud. 71, 972, Trin. 103, Capt. 80; Ps. 612 non *soles* respicere te, *quom dicis* injuste alteri;

Amph. 865 huc autem *quom extemplo* adventum *adporto, ilico* Amphitruo *fio;* Merc. 295; Ps. 804; Truc. 1, 2, 88 *quom amamus tum perimus;* Merc. 550 adulescens *quom seis, tum quomst* sanguis integer, rei te quærundæ *convenit* operam dare; Most. 129; Mil. 2 — splendor clarior, quam solis radii esse olim, *quom sudumst, solent;* Poen 356, Trin. 523, 529, Most. 107; Rud. 1290.

Adnot. Temporalis enuntiatio — subjectum est 1 pers. sing. — ***sæpissime significat* cogitationem** vel **observationem,** ***qua nitatur ea sententia, quæ inest in primaria enuntiatione.*** Prædicatum in tempor. sent. est: **cogito, recogito, puto, reputo, considero, intelligo, cognosco, noscito, interpretor, in corde agito, conjecturam facio, contemplo, inspicio.** Curc. 583 Curculio hercle *verba* mihi *dedit, quom cogito har bedragit mig, när jag tänker rätt efter;* Amph. 447, Mil. 1375, Most. 554, St. 448; Merc. 742 coquenda cenast. atqui *quom recogito,* nobis *coquendast,* non quoi conducti sumus; Capt. 51, 1022, Curc. 375, St. 301; Cas. 555 *quom* eam mecum *rationem puto,* si quid ejus esset, *esset* mecum postulatio; Trin. 256; Rud. 771 *quom conjecturam* egomet mecum *facio,* hæc *illast* simia; Truc. 2, 5, 4; B. 449 *quom* hujus dicta *intellego,* mira *sunt* ni Pistoclerus Ludum pugnis contudit; Amph. 441 *quom* illum *contemplo* et formam *cognosco* meam, — nimis *similist* mei; B. 597, Men. 1064, 255.

b. **Perfectum** *(iterativum antecedens)* in temporali sententia. Capt. 142 *tum* denique homines nostra *intellegimus* bona, quom quæ in potestate habuimus ea *amisimus;* As. 168 numquam expleri potes. *modo quom occepisti, hau multo post* aliquid quod poscas *paras;* Ep. 227; Most. 101 ædes *quom extemplo sunt paratæ, — laudant* fabrum; Trin. 492, 242; Most. 277 itidem *olent, quasi quom* una multa jura *confudit* cocus; Ps. 401; Pers. 3, 3, 32 citius *fugiunt, quam* ex porta ludis *quom emissust* lepus; — Capt. 256 etiam *quom* cavisse *ratus est,* sæpe is cautor *captus est* (cfr Kühn. p. 100); cfr Xen. Oec. 1, 23 *ὅταν καταδουλώσωνται, ἠνάγκασαν αὐτοὺς βελτίους εἶναι* (aoristus gnomicus).

B. Futurum in temporali sententia.

1. Futurum simplex. Cist. 2, 1, 63 illam *extrudet, quom* hanc uxorem Lemniam *ducet* domum; As. 749, B. 59, Men. 998, Merc. 492, Mil. 860, Most. 985, St. 63, Trin. 664; Mil. 933 hanc ad nos *quom extemplo* a foro *veniemus, mittitote;* Mil. 635 magis *quom* periclum *facies,* magis *nosces* meam comitatem; Most. 232, Poen. 462; B. 145 *quom videbis,* tum *scies,* 518, Cas. 139; As. 372 mox *quom imitabor* Sauream, *caveto* ne suscenseas; Cas. 215; Amph. 129 nunc *quom* esse *credent* servom, haut quisquam qui sim *quæret;* — Trin. 423 pater *quom* peregre *veniet,* in *portast* locus.

Oratio obliqua: Mil. 359 credo tibi *esse pereundum* extra portam, dispessis manibus patibulum *quom habebis;* Poen. 729.

2. Futurum exactum. Amph. 1001 *aspellam* virum de supero, *quom* huc *accesserit;* 197, Cas. 336; Merc. 1003, Most. 881; B. 358 quid *futurumst quom* hoc senex *resciverit?* Capt. 786 *quom extemplo* ad forum *advenero,* omnes *loquentur;* Trin. 725; Mil. 1176 *quom extemplo* hoc *erit factum,* ut intro hæc abierit, ibi tu ilico *facito* uti venias; Poen. 405 *mox dabo, quom* ab re divina *rediero;* Amph. 466; B. 417 jam *aderit tempus quom* sese etiam ipse *oderit;* Merc. 649 *quid, quom* illuc, quo nunc ire paritas, *veneris?* Rud. 766.

C. Imperfectum in temporali sententia.

Significatur is **status,** in quo est **subjectum** vel **objectum** *enuntiationis primariæ,* aut status, qui est **eo tempore,** *quum sententiæ primariæ actio fit.*

1. Perfectum in sententia primaria.

a. *Status subjecti.* Merc. 754 hæcine tuast amica, quam dudum mihi te amore *dixtei* (= dixti), *quom obsonabas;* Ep. 445 stultitiast me illi vitio vortere, egomet quod *factitavi* in

adulescentia, *quom militabam:* pugnis meis eradicabam hominum aureis; Curc. 541 istuc *quom credebam* (tibi), *credidi* te nihil esse redditurum; Truc. 4, 2, 20, Most. 1117, Men. 1145.

b. *Status objecti.* St. 244 *rissi* te hodie multum, *quom* auctionem *prædicabas* pessumam; Men. 1052; 632 te hic cum corona florea *vidi* astare, *quom negabas* mihi esse sanum sinciput; B. 469 ego *quom*[1] *peribat vidi,* non ex audito arguo; Rud. 1251.

c. *Status temporis.* Amph. 427 legiones *quom pugnabant* maxume, quid in tabernaclo *fecisti?* Trin. 1092 visne aquam tibi petam? Ch. res *quom* animam *agebat (då min förmögenhet låg i själatåget), tum* esse offusam (aquam) *oportuit;* — Truc. 2, 4, 30 verum tempestas quondam dum vixi *fuit, quom* inter nos *sordebamus* alter de altero; Cic. Verr. 2, 70, 172 *cum* iste jam *decedebat,* literas *misit;* de Inv. 1, 2, 2 *fuit* quoddam tempus, *cum* in agris homines bestiarum more *vagabantur;* in Pis. 13, 31 an cum *proficiscebamini* paludati in provincias vel emptas, vel ereptas, consules vos quisquam *putavit?* Att. 1, 4, 1; Liv. 41, 14, 1 *cum* is triumphus de Liguribus *agebatur,* Ligures coloniam ipsam *ceperunt.*

2. Imperfectum in primaria sententia.

a. *Status subjecti.* Ep. 138 *desipiebam* mentis *quom* illa scripta *mittebam* tibi; Aul. 178 *præsagibat* mi animus frustra me ire, *quom exibam* domo; Rud. 307 *quom* modo *exibat* foras, ad portum se *aibat* ire; B. 421, Ps. 501, Rud. 1252. Cic. C. M. 6, 15; Fam. 3, 10, 2.

b. *Status objecti (temporis).* As. 207 *tum* mi ædes quoque *arridebant, quom* ad te *veniebam,* tuæ; Amph. 199 quom *pugnabant* maxume, ego *tum fugiebam* maxume; As. 927 modo, *quom* dicta in me *ingerebas,* odium, non uxor *eram;* Ps. 1180, Mil. 181. Cic. Tusc. 2, 15, 35 *cum* varices *secabantur* C. Mario, *dolebat* (22, 23 Marius, *cum secaretur,* ut supra dixi, principio *vetuit* se alligari); 2, 24, 59.

Adnot. Prædicatum primariæ sententiæ nonnumquam auditur. Capt. 247 ne me secus honore honestes, quam *quom servibas* mihi; As. 206, Most. 221.

3. Plusquamperfectum in prim. sent. (semel). Cist. 1, 3, 39 — meretricem illam invenire, quam olim tollere, *quom* ipse *exponebat,* ex insidiis *viderat;* Cic. p. Mil. 88 ne *quum volebat* quidem id facere, aliquid *profecerat.*

D. Plusquamperfectum in sent. temporali (bis).

a. *Actio singularis (status).* Cas. 461 et idem me pridem, *quom* ei advorsum *veneram* (= aderam; cfr Cic. Verr. 4, 13, 30), facere atriensem *voluerat* sub janua; Cic. Att. 3, 18, 1 exspectationem non parvam *attuleras, quum scripseras —;* Liv. 27, 44, 1.

b. *Actio iterativa.* B. 424 id *quom optigerat* (sc. ut discipulus digitum longe a pædagogo pedem efferret ædibus), hoc etiam ad malum *arcessebatur* malum: et discipulus et magister *perhibebantur* inprobi.

II. Conjunctivus.

A. Præsens in temporali sententia.

1. *Conjunctivus* **potentialis.**

a. *Actio iterativa;* prædicatum in *2 pers. sing.* ponitur. Ep. 718 ut *acerbumst* pro benefactis *quom* mali messim *metas;* Ps. 142 faciem *quom aspicias* eorum, hau mali *videntur;* Merc.

[1] in talibus exemplis, qualia sunt ***quom peribat vidi*** (B 469); ***memini quom haut audebat*** (Capt. 303) **quom temporale ad explicativum** quodam modo transit (vide p. 19); cfr id quod nostri dicunt: jag såg (hörde, mins) ***när*** han var här; jag vet aldrig ***då*** han har varit frikostig (jag vet ej något tillfälle **då** —, något exempel på **att** —, jag vet ej af **att** —).

610, 550, Mil. 820, B. 442, 540, Cas. 562, Trin. 1051, Ps. 137, Pers. 3, 1, 28 etiam *tum vivit, quom* esse *credas* mortuam; Merc. 553.

b. *Actio singularis* (bis). Capt. 516 nunc illut *est, quom* me fuisse quam esse nimio *mavelim;* Most. 158 jam pridem ecastor frigida non lavi magis lubenter, nec (sc. fuit) *quom*[1] me melius *rear* esse deficatam.

2. *Conjunctivus* **subjectivus** vel **obliquus.** B. 1191 egon *quom* hæc cum illo *adcubet inspectem?* Cas. 133. As. 185 etiam catulo meo subblanditur novos amator, se ut *quom videat* gaudeat; Pers. 2, 2, 9 quo ergo is nunc? *Pa.* domum: uti domi sim, *quom* illi *censeas;* Mil. 578 scio quam rem gerat: ut miles, *quom extemplo* a foro *adveniat* domum, me conprehendat; St. 65 facite sultis nitidæ ut ædes meæ sint, *quom redeam* domum; 113, B. 140, Pers. 2, 2, 8; 1, 3, 72; Amph. 542, 983, Capt. 495, Aul. 278, Curc. 253, Most. 249, 1064; Aul. 273 curata fac sint *quom* a foro *redeam* domum; Ps. 1113 metuo quom hic non adest, ne metuam *quom adsiet;* 168 intro abite atque hæc celerate, ne mora quæ sit, coquos *quom veniat;* As. 777, 780, Poen. prol. 27; Aul. 791 qui homo culpam admisit in se, nullust tam parvi preti *quom pudeat* quin puriget se; Merc. 344 neque is *quom roget,* quid loquar, cogitatumst; B. 76 miles *quom* huc *adveniat,* te volo me amplexari; 58, Capt. 961, Men. 454.

B. Perfectum in sententia temporali.

1. *Conjunctivus* **potentialis.** Rud. 979 quippe *quom extemplo* in macellum pisces *prolati sient,* nemo emat; Truc. 2, 1, 23.

2. *Conjunctivus* **subjectivus** vel **obliquus.** Men. 542 in auris da mihi, ut te libenter videam, *quom* ad nos *veneris;* Cas. 131; Capt. 434 ne tu me ignores, *quom extemplo* meo e conspectu *apscesseris;* Capt. 473 eos requirunt, qui, lubenter *quom ederint,* reddant domi; Trin. 621; Mil. 1150 non tu scis, *quom* ex alto puteo susum ad summum *escenderis,* maxumum periclum inde esse?

C. Imperfectum in temporali enuntiatione.

1. *Conjunctivus* **subjectivus, obliquus, potentialis.** Amph. 127 sumpsi Sosiæ imaginem —, ut ne qui essem quærerent, vorsari crebro hic *quom viderent* me domi; B. 955 tria fuisse audivi fata — tertium, *quom* portæ Phrugiæ limen superum *scinderetur;* Merc. 70; Poen. 681 videre equidem vos vellem, *quom* huic aurum *darem;* B. 433 *quom* librum *legeres* [*när man någon gång* (= hvarje gång man) *läste* — potent. præteriti], si in una peccavisses sullaba, fieret corium tam maculosum quamst nutricis pallium (cfr p. 72, 2) *kunde man, ifall man tog fel på enda bokstaf, få så på huden, att den blef* —.

2. Conjunctivus in tempor. sent. *non pendet* ex alia enuntiatione (bis). Merc. 980 quem quidem hercle ego in exilium *quom iret*[2], redduxi domum; Truc. 1, 2, 61 O Astaphium, haut istoc modo solita's me ante appellare sed blande, *quom* illuc quod aput vos nunc est aput me *haberem*[3].

***Adnot. Ad statum significandum Plautus* quom *conjunctionem cum* imperfecto indicativi *jungit; aureæ quoque ætatis scriptores, quamquam sæpius imperfectum* conjunctivi, *tamen haud raro imperf.* indicativi *adhibent (cfr supra p. 73. C.)*[4]**

---

[1] sic Lorenz. (codd.); Ritschl. **quod.**

[2] var. lect. (cfr Loewe); Lübbert. **ibat;** cfr tamen Hoffm. p. 195.

[3] Lübb. **habebam;** cfr tamen Hoffm. p. 196.

[4] cfr Hoffmann p. 91 sqq. De **quom temporale** apud Plautum cfr Lübb. p. 42—95.

D. Plusquamperfectum in temp. sent.

Conjunctivus pendet ex alia sententia. Ep. 356 ita suasi seni atque hanc habui orationem, ut *quom redisses* ne tibi ejus copia esset; Rud. 533 utinam fortunam nunc anatinam uterer, *uti quom exivissem* ex aqua, arerem tamen; As. 442 aibat reddere, *quom exemplo* redditum esset; Mil. 390.

Adnot. 1. **Conjunctivus plusq.** *post* **quom temporale** *non invenitur in oratione recta apud Plautum. Nam quod codices habent* Asin. 394 *quom venisset post non rediit? pravum est* (cfr Lübb. p. 93).

Adnot. 2. **Quom temporale** *apud Plautum cum* **præsenti ind.** (supra 100 exempla — dimidia fere pars actionem iterativam significat) *plus duplo sæpius quam cum* **perfecto ind.** *jungitur, cum* **perfecto ind.** *aliquanto sæpius quam cum* **imperfecto ind.**, *æque autem sæpe atque cum* **futuro.** *Eadem fere ratio est apud Terentium, nisi quod* **imperfectum ind.** *apud eum perrarum est* (Ter. 4 ex., Plaut. circa 30) *et quod* **perfectum ind.** *apud Ter.* **semel** (apud Pl. 10) *adhibetur ad significandam* **iterationem.** *Apud utrumque* **impf. conj., plusq. conj., plusq. ind.** *rarissima sunt.*[1]

Quum — tum = *på samma gång som — så; så väl som;* nonnumquam invenitur apud Plautum et quidem ita, ut sententia incipiens a *quom* in indicativo ponatur. Truc. 4, 1, 6 *quom* hoc jam *volupest*, *tum* istuc nimio magnæ melliniæ mihist; Cist. 1, 1, 1.

C. Quando.

Quando conjunctio jungitur cum **indicativo** (cfr Adn. 1); per sententiam temporalem significatur

A. Actio singularis.

1. Futurum *(simpl., exact.)* in temp. sent. sæpissime ponitur. Most. 97 *quando* dicta *audietis* mea, aliter hau *dicetis;* Men. 73. Ps. 258, St. 475; Mil. 810 dicam *tum*, *quando* usus *poscet;* Capt. 231 *memento* scire, *quando* id quod voles *habebis;* Ps. 258; Men. 547 *quando habebis*, *tum dato;* 429; Most 403 neu quisquam *responset*, *quando* hasce ædis *pultabit* senex; Trin. 788; Ps. 646 at ego, *quando* eum esse *censebo* domi, *rediero;* Men. 271. — Men. 987 *propest*, *quando* hæc mea meus erus ob facta pretium *exolvet den tid är nära*, *då* —. Men. 664 opera *reddetur*, *quando* quid tibi *erit surruptum* domo; Most. 689 *tum accedam* hunc, *quando*, quid agam, *invenero;* Rud. 755 postea tu *aspicito* meum, *quando* ego tuum *inspectavero;* Amph. 1097 *apsolvito* hinc me extemplo, *quando* satis *deluseris;* Mil. 524, Merc. 117 tres simitu res *agendæ sunt*, *quando* unam *occeperis;* Capt. 691.

2. Perfectum præsens in temp. sent. rarum est (cfr *postquam).* Capt. 300 nunc *quando* patriam et libertatem *perdidi* (= non habeo), non ego me istunc potius quam te metuere æquom censeo; Trin. 616 quid illic festinet sentio: ut agro evortat Lesbonicum, *quando evortit* ædibus.

B. Actio iterativa.

1. Præsens in sent. temporali. Men. 78 juventus nomen fecit Peniculo mihi ideo quia mensam, *quando edo, detergeo;* Men. 926 ubi satur sum, nulla (intestina) crepitant: *quando esurio*, *tum crepant;* Men. 304, St. 201, Capt. 336, As. 301; — As. 289 pro monstro *extemplost*,

[1] Lübb. p. 74—76, 95.

quando (när = om, att; cfr quom *explicativum* (p. 19. B.) qui sudat *tremit;* — Trin. 671 *quom* inopiast, *cupias: quando* ejus *copiast, tum* non *velis.*

Prædicatum sententiæ temporalis persæpe est *verbum voluntatis:* Amph. 864 interdum *fio* Juppiter, *quando lubet;* B. 224 *adveniat, quando volt;* Men. 216, 421, Mil. 363, Amph. 862, 972.

2. Perfectum *(antecedens iterativum)* in temporali sent. Merc. 167 *nullust, quando occepit,* blandior; As. 216 auceps *quando concinnavit* aream, *offundit* cibum; Truc. 4, 2, 87 *quando acceptumst,* non *potest* ferri foras; Aul. 249 *quando* occasio illæc *periit, post* sero *cupit;* Most. 92, As. 303; Pers. 4, 4, 87 tamquam hominem *quando* animam efflavit, quid eum quæras, qui fuit? Capt. 86 *quando redierunt,* Molossici odiosicique et multum incommodestici (sc. *sumus);* Pers. 4, 4, 86 omne ego pro nihilo esse *ducto,* quod fuit, *quando fuit sedan det icke längre finnes.*

3 Imperfectum (semel) vel **Plusquamperfectum** (semel): Ps. 1180 noctu in vigiliam *quando ibat* miles, quom tu ibas semul, *conveniebatne* in vaginam tuam machæra militis? Ep. 447 pugnis meis *eradicabam* hominum aureis (= aures), *quando occeperam.*

Adnot. 1. **Conjunctivus subjectivus** vel **obliquus:** B. 730 propterea te volo scribere, ut pater cognoscat literas, *quando legat;* 768; Trin. 1143; Men. 1045 ne tum, *quando* sanus *factus sit,* a me argentum petat; Ps. 663; 725 callidum doctum, qui *quando* principium *præhenderit,* teneat quid se facere oporteat; Merc. 406 illa forma matrem familias flagitium sit sei sequatur, *quando incedat* per vias.

Adnot. 2. **Quando** *in temporali significatione raro invenitur apud florentis ætatis scriptores* (cfr Dræg. 2. p. 583).

Simul ac (så snart som) uno tantum loco inveni: As. 479 id tibi quidem hercle *fiet,* ut vapules, Demænetum *simul ac*[1] *conspexero* hodie. *Simul* per se ipsum conjunctionis munere non fungitur apud Plautum. Terentius autem: Ph. 823 hic *simul* argentum *repperit,* cura sese *expedivit.*

D. Dum.

I. Indicativus.

A. Dum significat medan, under det att.

1. Temporalis significatio simplex est.

a. **Præsens** in temporali sententia; agitur

α. *De tempore præsenti.* B. 817 quem di diligunt, adulescens *moritur, dum valet sentit sapit;* Pers. 3, 1, 35 *dum* tunicas *ponit,* quanta *afficitur* miseria; Cas. 367. — Aul. 621 perscrutabor fanum, si *inveniam* uspiam aurum, dum hic *est occupatus;* — St. 764 *da* mihi savium, *dum* illic *bibit;* Ps. 921 *dum* ille *dormit,* volo tu prior *occupes;* — Rud. 314 *dum* hic *astatis, vidistis* huc venire, qui tris secum homines duceret? Trin. 30 *dum* illi *ægrotant,* interim mores mali — *succrevere;* Ep. 669 *dum* te *sequor,* lassitudine *invaserunt* misero in genua flemina; Amph. 114, Mil. 1271.

[1] Fleckeis. quemadmodum aliis locis, ita hic **semul,** non **simul** scribit; tamen **semul** adverbium num ullo loco inveniatur apud Plautum, incertum est, si quidem fides est habenda codici ambrosiano; **simul** autem multis est locis (Studemund. pag. 521 sub **simul**).

β. *De tempore præterito.* Trin. 166 ruri *dum sum* ego unos sex dies, — sedis venalis hasce *inscribit* literis; Amph. 1120 quid fit deinde? porro loquere. *Br.* puer ambo anguis enicat. *dum* hæc *aguntur*, voce clara *inclamat* uxorem tuam; Merc. 193. — Poen. 1317 quin *adhibuisti, dum* istæc *loquere*, tympanum? St. 366 *dum percontor* portitores, — *conspicatus sum* interim cercurum; Rud. 368 *exolvi* restem *dum* illi *timent;* 515; Ps. 1279, Curc. 410, Men. 449; Amph. 1098, Cist. 1, 1, 91; Merc. 924; 97 *dum* in portu *ambulo*, hospes me *adgnovit*, ad cenam *vocat.*

γ. *De tempore futurali.* Mil. 197 paulisper *tace, dum* ego mihi consilia in animum *convoco* et *dum consulo* quid agam; Ps. 40 *tace, dum* tabellas *pellego;* Cas. 879 operam *date, dum* mea facta *itero;* B. 988, 1006, Rud. 1036; — Men. 258 ubi nil habebis, geminum *dum quæris, gemes;* Most. 688 huc *concessero, dum* mihi senatum consili in cor *convoco;* As. 914 interea ut *decumbamus suadebo*, hi *dum litigant;* Ps. 572 concedere intro *lubet, dum concenturio* in corde sucophantias; Amph. 980, Men. 330.

b. **Futurum** et **perfectum** in temp. sent. rarissima sunt. Truc. 4, 2, 24 interea, magister *dum tu commentabere, volt* illa itidem commentari; Men. 215 *dum coquetur*, interim *potabimus.* Cas. 367 *dum* "mihi" *volui*, "huic" *dixi;* St. 630 *dum* parasitus mihi atque fratri *fuisti*, rem *confregimus.*

2. Admixta est significatio instrumentalis vel causalis; *dum* = i det att, i och med det samma som, alldenstund.

Præsens vel (raro) **perfectum** in temp. sent. ponitur. Ps. 685 certa *amittimus, dum* incerta *petimus;* Trin 255 *fit* ipse, *dum* illis comis *est*, amator inops; Truc. 1, 1, 17 *dum* huc *dum* illuc rete *vortit, impedit* piscis; — Trin. 1149 quid ego ineptus, *dum* sermonem *vereor* interrumpere, solus *sto?* Merc. 348 meo*st* error animo, *dum* servi mei *perplacet* mihi consilium, *dum* rursum haud *placet.* — Cas. 567 *contrivi* diem, *dum adsto* advocatus quoidam cognato meo; Rud. 37 *dum* alios *servat*, se *inpedivit* interim; Ep. 650. — Mil. 409 *dum* te fidelem facere ero *voluisti, apsumptu's* pæne.

B. Dum significat så länge som.

a. **Præsens** sæpissime in sent. temp. ponitur. Capt. 84 parasiti *victitant* suco suo, *dum* ruri *rurant* homines quos ligurriant; Pers. 1, 3, 33 *dum* mane *est*, omnes esse mortales *decet;* Truc. 2, 3, 1 piscis credo qui usque *dum vivont lavant* minus diu lavare quam hæc lavat Phronesium; 1, 2, 62; — Men. 72 hæc urbs Epidamnus *est, dum* hæc *agitur* fabula; Merc. 553 *dum potes ames;* Most. 20; Pers. 5, 2, 33; — Most. 217 si illum *inservibis* solum, *dum* tibi nunc hæc *ætatulast*, in senecta male querere; As. 463.

b. **Futurum** et **perfectum** minus sæpe inveniuntur in temp. sent. Men. 93 facile *adservabis, dum* eo vinclo *vincies;* Ps. 507 numquam edepol quoiquam *supplicabo, dum* quidem tu *vives;* 339; As. 870. — Most. 134 usque probus *fui*, in fabrorum potestate *dum fui;* Merc. 373 perpetuo recte (valui), *dum* quidem illic *fui;* Truc. 2, 1, 7 *dum fuit dedit:* nunc nihil habet, quod habebat nos habemus; Ep. 178; — Truc. 2, 4, 39 quasi uxorem sibi me *habebat* annum *dum* hic *fuit;* Capt. 925.

Imperfectum (semel). Truc. 1, 2, 63 te *dum vivebas, noveram.*

C. Dum significat till dess.

a. **Præsens** sæpissime in temp. sent. invenitur. Rud. 879 *manete, dum* ego huc *redeo;* Ep. 633 opperire, *dum effero* ad te argentum; Rud. 575 *da* mihi vestimenti aliquid aridi, mea

dum arescunt; 938, Curc. 253; Mil. 1334 *ne interveneris, dum resipiscit;* Rud. 880, 774, Truc. 4, 4, 21; 4, 4, 34 quem mage *amo* quam me *dum* id quod cupio inde *aufero;* Capt. 233; Merc. 657; Most. 683 ego hic tantisper, *dum exis*, te *opperiar* foris; Mil. 583; As. 328 *mansero* tuo arbitratu, vel adeo *usque dum peris.*

b. **Futurum** *(simplex, exactum)* raro adhibetur. Amph. 472 erroris illos et dementiæ *conplebo* adeo *usque* satietatem *dum capiet* pater illius quam amat; Pers. 1, 1, 54 *usque ero* domi, *dum excoxero* lenoni malum.

II. Conjunctivus.

Sententia temporalis est in **or. obl.** aut ad **consilium** alicujus refertur.

a. **Præsens** in temp. sent. Poen. 884 quid est quod metuas? *Syn. dum* ero insidias *paritem*, ne me perduim; Rud. 499 deos quæso, *dum vivas*, uti omnis tui similis hospites habeas tibi; Poen. 20; — Rud. 1190 quid meliust quam ut — abeam, saltem *tantisper dum apscedat* hæc a me ægrimonia; Ps. 1234 ne expectetis, *dum* hac domum *redeam* via; Cist. 5, 2, 1; Mil. 1249 opperiamur, *dum exeat* aliquis; Amph. 697 paulisper mane, *dum edormiscat* unum somnum; B. 932 lubet lamentari, *dum exeat;* As. 369, Ps. 564.

b. **Imperfectum** in sent. temp. Ep. 501 conducta veni ut fidibus cantarem seni, *dum* rem divinam *faceret;* 316; — Ps. 1282 inde huc exii, crapulam *dum amoverem;* Mil. 869, 950. — Truc. 4, 3, 69 haud mansisti, *dum* ego *darem* illam; Trin. 170 lupus opservavit (stod på lur), *dum dormitaret* canes (= canis).

Conjunctivus irrealis: Rud. 1261 *dum* prædam habere se *censeret*, interim præda ipsus *esset.*

c. **Plusquamperfectum** in temp. sent. (semel). Merc. 78 se mercis vectatum — adeo *dum*, quæ tum haberet, *peperisset* bona.

E. Donec *(donicum.)*

Donec significat **till dess, förr än;** jungitur cum **indicativo.** Non sæpe adhibetur apud Plautum.

a. **Præsens** in sent. temp. Most. 116 *neque* id *faciunt, donicum* parietes *ruont;* Cist. 2, 3, 40 *instare usque adeo, donec adjurat* —; Merc. 194 *neque* quisquam hominem *conspicatust, donec* in navem *subit.*

b. **Perfectum** in sent. temp. Truc. 1, 1, 18 *impedit* piscis *usque adeo donicum* eduxit foras; Amph. 598 *credebam* primo mihimet Sosiæ, *donec* Sosia egomet ille *fecit* sibi uti crederem.

c. **Futurum exactum** in sent. temp. Mil. 269 *ibo* odorans quasi canis venaticus *usque donec persecutus* volpem *ero* vestigiis; B. 758 *ne exurgatis, — donec erit datum;* Aul. 58 si ex loco — *excesseris*, aut si *respexis, donicum* ego te *jussero*, — te dedam cruci; Ps. 1168; Rud. 716, Capt. 339.

Conjunctivus præsentis (semel). Rud. 812 si hercle illic illas hodie digito tetigerit invitas, *ni* istunc istis (clavis) *invitassitis usque adeo, donec* qua domum abeat *nesciat, peristis* ambo.

Adnot. **Quoad** *apud Plautum vim* **conjunctionalem** (så länge som, till dess) *non habet; invenitur paucis tantum locis ac significat aut* **så vidt** (cfr p. 18. Adn. 2) *aut* **till** *(inom)* **hvilken**

gräns *(tid)*. Men. 771 verumst modus tamen, *quoad* pati uxorem oportet; Ps. 624 nam olim quom abiit, argento hæc dies præstitutast, *quoad (såsom den tid, inom hvilken)* referret nobis, neque dum rettulit.

F. Priusquam *(prius — quam)*.

A. Indicativus.

Actio enuntiationis temporalis aut **singularis** est aut **iterativa** aut **non fieri** indicatur.

1. Præsens in sent. *temp.* Non raro de *rebus futuris* agitur (cfr Dræg. p. 618).

Præsens (indic., imperat., conj.), raro **futurum** et **perf.** in *primaria* sent. Men. 277 *prius* jam convivæ *obambulant* ante ostium, *quam* ego opsonatu *redeo;* Merc. 456 *Dem. prius respondes quam rogo. Char. prius* tu *emis quam vendo*, pater; — Poen. 1211 *prius quam abitis*, vos *volo* ambas; As. 232, St. 538; Mil. 1329 licet conplecti *prius quam* proficisco? 1339; — As. 940 *da* savium *etiam prius quam abis;* Truc. 1, 2, 19, Curc. 210; Mil. 1408 opsecro hercle te, mea verba ut audias *prius quam secat;* As. 448; Most. 326 cave, ne *prius* in via *accumbas, quam — coimus.* St. 197 quæ loquitur *auscultabo prius quam conloquor*; Cic. Phil. 1, 4, 11 prius quam de republica dicere *incipio*, pauca *querar.* Trin. 198 numquid *prius quam abeo* me *rogaturus?* Curc. 637 is *prius quam moritur* (præs. hist.) mihi *dedit;* Poen. 67 puer *surripitur* Carthagine sexennio *prius* quidem *quam moritur* (præs. hist.) pater.

Actio iterativa. Capt. 663 semper *occant, prius quam sariunt* rustici; B. 439 at nunc, *prius quam* septuennis *est,* si attingas eum manu, extemplo puer pædagogo tabula *disrumpit* caput. Mil. 709 *prius quam lucet adsunt, rogitant* noctu ut somnum ceperim.

Actio significatur non fieri. Men. 921 quid *cessas dare* potionis aliquid, *prius quam percipit* insania? Poen. 790 quid ego *dubito fugere* hinc in malam crucem, *prius quam* hinc optorto collo ad prætorem *trahor?* Trin. 984 *properas* an non propere *abire* actutum ab his regionibus, dormitator, *prius quam* ego hic te *jubeo* mulcari male? Curc. 567 *reddin* an non virginem *prius quam* te huic meæ machæræ *objicio*, mastigia? Ep. 616.

2. Perfectum in *temp.* sent.

Præsens (indic. conj.), **perfect.** ind., **impf.** (ind. conj.), **plusq.** ind. in *prim.* sent. Poen. 919 satine, *prius quam unumst injectum* telum, jam *instat* alterum? Amph. 513 *prius abis quam* lecti *concaluit* locus; Merc. 155, Mil. 1005; — Rud. 1131 *prius quam* plane *aspexit* ilico eum esse *dixit;* Mil. 119, Amph. 102, Aul. 208; Rud. 1168 di perdant me, qui *non circumspexi* centiens *prius*, me nequis inspectaret, *quam* rete *extraxi* ex aqua; — Trin. 976 *prius non tu* is *eras quam* auri *feci* mentionem; As. 141; — Ps. 53 *prius quam* hinc *abiit* quindecim miles minas *dederat;* — Most. 79 *facite* ut redeat, *priusquam* omnia *periere;* Capt. 537 utinam te di *prius perderent (hade förderfvat), quam periisti* e patria tua.

Actio iterativa. Trin. 526 vinum *prius quam coctumst pendet* putidum; Ps. 818; *prius quam triverunt* oculi ut extillent *facit.*

Actio temporalis sententiæ prohibetur. Aul. 397 *cesso prius quam* prorsus *perii currere?*

3. Futurum *(simplex* raro, *exact.)* in *tempor.* sent.

Futurum (simpl., exact.), **præs.** (ind. conj., imperat.) in *prim.* sent. Ps. 524 *prius quam* istam pugnam *pugnabo*, ego etiam *prius dabo* aliam pugnam claram, 885 *prius quam* quicquam convivis *dabis, gustato* tu *prius;* — B. 921 quos (Philippos) non *dabo, prius quam prius* filium *convenero;* Mil. 214; Merc. 863, Pers. 2, 2, 37. — Merc. 496 *non possum, prius quam*

tu ad me *redieris;* Ep. 271 nunc *occasiost* faciundi, *priusquam* in urbem *advenerit;* — Ep. 304 ne *abitas, priusquam* ego ad te *venero;* Ps. 1031 metuo ne — *advenat prius quam* Harpax *abierit;* — Ep. 122 hominem pistori dabo, nisi *prius conparassit* mihi quadraginta minas, *quam* argenti *fuero elocutus* ei postremam syllabam.

Inest notio prohibendi in *prim. sent.* Capt. 831 *aperite prius quam* pultando foribus exitium *dabo.*

4. Imperfectum vel **plusquamperfectum** in enunt. tempor. (raro). B. 438 olim populi *prius* honorem *capiebat* (sententia primaria est *affirmativa;* cfr Hoffm. p. 175, Kühn. p. 907) suffragio, *quam* magistro *desinebat* esse dicto oboediens (iterat.). Truc. 2, 6, 30 quid illi ex utero exitio*st* (notio prohibendi), *priusquam poterat* ire in proelium? Amph. 603 ut — me præmisisti domum, *Am.* quid igitur? *So. prius* multo ante sedis *stabam quam* illo *adveneram.*

B. Conjunctivus.

Actio sententiæ temporalis est **in oratione obliqua** (conj. obliquus, subjectivus) aut est **iterativa** aut significatur **non fieri.**

1. Præsens in sententia *temporali.* Amph. 533 exire ex urbe *prius quam lucescat volo;* Merc. 601 *prius quam recipias* anhelitum, uno verbo *eloquere:* ubi sum? Truc. 2, 6, 43 tritici opust granariis, ne ille *priusquam* spolia *capiat,* hic nos *extinxit* fames.

Actio enuntiationis temporalis prohibetur. Amph. 240 animam *omittunt* (præs. hist.), *prius quam* loco *demigrent.* — Men. 846 ibo, adducam qui hunc *devinciant, prius quam* turbarum quid *faciat* amplius; Rud. 626 *prætorquete* injuriæ (dat.) *prius* collum *quam* ad nos *pervenat;* Rud. 455 quid cesso fugere in fanum, in aram uti *confugiamus prius quam* leno *veniat* nosque hic *opprimat?* Ps. 242.

Actio iterativa. Poen. 321 *prius quam* Venus *expergiscatur, prius deproperant* sedulo sacrificare; Mil. 689.

2. Perfectum in sent. *tempor.* B. 175 *ne* Nicobulum me *sinas* nostrum senem *prius convenire quam* sodalem *viderim;* Ep. 70; Mil. 1096 *nullo* hæc *pacto potest prius* in sedis recipi, *quam* illam *amiserim;* Trin. 886. Truc. 1, 1, 31 *priusquam* unum *dederis,* centum quæ poscat *parat* (iter. cfr As. 168).

3. Imperfectum vel **Plusquamperf.** in *temporali* enuntiatione (raro). Mil. 886 multos *vidi* regionem *fugere* consili *prius quam* repertam *haberent;* B. 1030 *jus jurandum dedi,* daturum id me — *prius quam* a me *abiret;* — Rud. 494 utinam tu *prius quam* te oculis *vidissem* meis malo cruciatu in Sicilia *perbiteres.*

Adnot. **Antequam** *apud Plautum non inveni.* *De* **quoniam** *vide* p. 22.

Parataxis.

Quam constat esse consuetudinem concitatæ orationis et quidem maxime quotidiani sermonis, ut enuntiationes **pariter connectantur** — *coordinentur, nostri appellant —, non subjungantur (subordinentur) inter se, ea apud Plautum, quippe qui communi utatur sermone, latissime patet. Ac persæpe nulla omnino posita conjunctione enuntiationes componuntur (asyndeton).*

Amph. 228 sqq. consonat terra: clamorem utrimque ecferunt. imperator uterque hinc et illinc Jovi vota suscipere, tum exercitum hortarier. pro se quisque id quod quisque et potest et valet edit, ferro ferit: tela frangunt: boat caelum fremitu virum: ex spiritu atque anhelitu nebula conflat: cadunt volnere viri virum. denique ut voluimus, nostra superat manus: hostes crebri cadunt: nostri contra ingruont. Capt. 505—514 tandem abii ad praetorem. ibi vix requievi, rogo mihi syngraphum: datur: ilico dedi Tyndaro: ille abiit domum: inde ilico praevortor domum, postquam id actumst. eo protinus ad fratrem, mei ubi alii sunt captivi: rogo Philocratem ex Alide ecquis hominum norit: hic exclamat, esse eum sibi sodalem: dico eum esse aput me. hic extemplo orat opsecratque, eum sibi videre ut liceat. jussi ilico hunc exolvier. inde abii. 721—735 petito gratiam istam. ducite ubi ponderosas, crassas capiat conpedis: inde ibis porro in latomias lapidarias. ibi quom alii octonos lapides ecfodiunt, nisi cotidiano sesquiopus confeceris, sescentoplago nomen indetur tibi. — curabitur: nam — custodibitur, — lapides eximet. hunc cruciabo, non uno apsolvam die. — abducite istum —, jubete conpedis inpingier. inde — in lapicidinas facite deductus siet. Rud. 855—58 abi ad litus —, jube illos ire —: post redito. B. 982—85 verbum nullum fecit: — auscultabat: conscripsit tabellas: opsignatas has dedit mi: tibi me jussit dare. cfr Amph. 997—1003, Mil. 202—227, Curc. 354—62, Cist, 1, 3, 14—54, 2, 3, 72—77; Ter. And. 100—102, 127—133, Haut. 140—147, 275—79, Ph. 829—830, 862—864, Ad. 44—52.

Transgredior ad singulas tractandas parataxis formas, respondentes singulis sententiarum generibus.

1. Parataxis causalis et explicativa.

A. Posterior sententia respondet enuntiationi *causali.*

1. Ratio causalis aliquo vocabulo indicatur: *ita, sic, adeo, tantus, is.*

Ita *(så, till den grad =)* **ty, enär**[1].

a. **Indicativus** in *priore* sententia. Mil. 397 timeo quid rerum gesserim: *ita* dorsus totus prurit; 518 sicut etiam nunc nescio quid viderim: *ita* istast hujus similis nostrai tua; 159; 1261 stare nequeo: *ita* animus per oculos meus defit; Rud. 255 hau longe abesse oportet homines hinc: *ita* hic lepidust locus; 530; Ps. 996 hodie Sicuoni necessest me esse aut cras mortem exequi: *ita* erus meus est inperiosus; Cist. 2, 1, 18 maritumis moribus mecum experitur: *ita* meum frangit amantem animum; 68 et illud paveo, et hoc formido: *ita* tota sum misera in metu; 4, 2, 19 et intus paveo et foris formido; *ita* nunc utrobique me metus agitat; Truc. 4, 3, 9 vis subigit verum fateri, *ita* lora lædunt brachia; 2, 1, 40; Ter. Eun. 1051; B. 24 Prænestinum opino esse: *ita* erat gloriosus; Amph. 1077 timeo totus, *ita* me increpuit Juppiter; Mil. 177 quis is homost? *Pe.* nescio: *ita* abripuit repente sese subito; Rud. 823 hoc Herculist jam, Veneris fanum quod fuit: *ita* duo

[1] cfr Curc. 452 credo hercle te esse ab illo; **nam ita** nugas blatis.

destituit signa hic cum clavis senex; Most. 352 nec Salus nobis saluti jam esse, si cupiat, potest: *ita* mali mæroris montem maxumum ad portum modo conspicatus sum; Truc. 5, 24 corrumpor situ. *ita* miser cubando in lecto hic expectando obdurui; Rud. 825 non hercle quo hinc nunc gentium aufugiam scio: *ita* nunc mi utrumque sævit, et terra et mare; Cist. 1, 1, 6; 1, 1, 10; 2, 1, 21; Ep. 532, Truc. 1, 2, 94. Ter. And. 173, 937, Haut. 309, Hec. 277. — Most. 996 in terras ultumas sum circumvectus: *ita*, ubi nunc sim, nescio; Merc, 345 neque is quom roget, quid loquar, cogitatumst: *ita* animi decem in pectore incerti certant; Capt. 468; 913 male formidabam: *ita* frendebat dentibus; Men. 119 portitorem domum duxi: *ita* omnem mihi rem necesse eloquist; Amph. 1067 ardere censui aedis: *ita* tum confulgebant; Capt. 676 illum esse servom credidi, te liberum: *ita*, vosmet aiebatis (så saden *I*) *ita*que nomina inter vos permutastis; Most. 315 inde effugi foras: *ita* me convivi — tæsumst; Rud. 87; Amph. 1100; Mil. 167; Capt. 656, 674; Trin. 29; Ter. Ph. 284; Hec. 518, 815; As. 451 non hercle te provideram: quæso ne vitio vortas. *ita* iracundia opstitit oculis; Merc. 532 bono animo's: liberabit ille te homo: *ita* edepol deperit; Rud. 457, 903 in digitis hodie percoquam quod ceperit: *ita* fluctuare video vehementer mare; 457; Ter. Haut. 669; B. 793 pendebit hodie pulcre: *ita* intendi tenus; B. 242 quem faciam arietem Phrixi: *ita* detondebo auro usque ad vivam cutem; Mil. 662.

b. **Conjunctivus** (potentialis, optativus, irrealis) in *priore* sententia. Rud. 212 aliquem velim, qui mihi — viam monstret: *ita* nunc hac an illac eam, incerta sum consili; B. 180 abire nullo pacto possim, si velim: *ita* me vadatum amore vinctumque attines; Pers. I, 1, 5: Most. 656 malum quod isti di duint: *ita* mea consilia perturbat; 685 di te perdant, senex: *ita* mea consilia tu oppugnas male; Rud. 1226 Hercules istum infelicet cum sua licentia: *ita* meas replevit auris; Mil. 1087 ne magis sim pulcer quam sum: *ita* me mea forma habet sollicitum; Men. 596; Ter. And. 761; Trin. 832—37 absque foret te: — distraxissent satellites tui miserum —: *ita* quasi canes navem circumstabant venti, — ni pax propitia foret præsto; Ter. Eun. 673.

c. **Imperativus** in sent. *priore*. Mil. 523 transcurre curriculo ad nos: *ita* negotiumst (ställningen är sådan, fordrar det; cfr Sall. Jug. 56, 1 id quod negotium poscebat); B. 755; Ps. 993 set propera hanc pellegere quæso epistulam: *ita* negotiumst; atque accipere argentum actutum; Curc. 283; Trin. 1175 aperite hoc, aperite propere et Lesbonicum, si domist, evocate: *ita* subitumst propere quod eum conventum volo; Ep. 161 vide quid agas: *ita* res subito hæc objectast tibi.

Inest haud raro in *antecedente sententia*

α. *Particula affirmativa.* Mil. 486 non *hercle* hisce homines me marem, set feminam vicini rentur esse servi militis: *ita* me ludificant; Cas. 340 non *hercle* opinor posse: *ita* uxor acriter tua instat, ne mihi detur; Capt. 913, Rud. 824. Capt. 253 *edepol* tibi ne in quæstione essemus cautum intellego: *ita* vinclis custodiisque circummoeniti sumus; Ps. 894 *profecto* quid nunc primum caveam nescio: *ita* in ædibus sunt fures; Most. 564 *ne* ego sum miser: *ita* et hinc et illinc mi exhibent negotium; B. 595.

β. *Exclamatio.* Ep. 411 ut ille fidicinam facete fecit nescire esse emptam tibi! *ita* ridibundam atque hilaram huc adduxit simul; Truc. 4, 1, 3 di magni, ut ego lætus sum et lætitia differor! *ita* ad me magna nuntiavit Cyamus hodie gaudia; Pers. 4, 3, 7; Most. 56 O carnuficium cribrum, quod credo fore: *ita* te forabunt stimulis; Ter. Ad. 301 vae misero mihi: *tot* res repente circumvallant.

γ. *Interrogatio.* Rud. 221 quid mihi meliust, quid magis in remst, quam corpore vitam ut secludam? *ita* male vivo atque *ita* mi multæ in pectore sunt curæ; Cist. 1, 3, 2.

Sic, adeo (raro). Ps. 1129 malum quod tibi di dabunt: *sic* scelestu's; Merc. 64 sese non amori operam dedisse, neque potestatem sibi fuisse: *adeo* arte cohibitum se esse a patre.

Tantus, is. Capt. 869 te hercle mi æquomst gratias agere ob nuntium. *tantum* ego nunc porto a portu tibi boni; 826; Merc. 347 nec quid corde nunc consili capere possim, scio: *tantus* cum cura meost error animo; 672 nequeo mecastor: *tantum* hoc onerist quod fero; Rud. 668, B. 1008, As. 919. — B. 1057 edepol qui me esse dicat cruciatu malo dignum ne cum illo pignus haut aussim dare: *tantas* turbellas facio; Cic. Att. 6, 2, 1 dixerim me vel plurima vincla tecum summæ conjunctionis optare; *tantum* abest, ut — velim; B. 1086 sicut eum, si convenit, scio fecisse: *eo* ingenio gnatust; Trin. 852.

2. Ratio causalis nullo vocabulo indicatur. Amph. 1035 ego abeo, mihi negotiumst; Capt. 104 nulla juventutis spes est: sese omnes amant; 196 decet pati animo id æquo: si id facietis, levior labor erit; Rud. 145 Cererem te meliust quam Venerem sectarier: amori hæc curat, tritico curat Ceres; 761 Volcanum adducam: is Venerist advorsarius; Curc. 110 canem esse hanc quidem magis par fuit: sagax nasum habet; Amph. 1131 bono animo es: adsum ego auxilio tibi; 1132 aruspices mitte omnis: quæ futura et quæ facta eloquar; Rud. 531 ut fortunati sunt fabri ferrarii, qui aput carbones adsident: semper calent. — Aul. 376 atque *eo* fuerunt cariora, aes non erat (cfr p. 21 Adn. 3). Prædicatum sententiæ prioris sæpe est *perii*, *miser sum*, *salvus sum* vel tale aliquid. Mil. 491 *perii* hercle: ad me habet rectam viam; Rud. 844, 1279, B. 281, Aul. 393; Ps. 80 *miser sum:* argentum nusquam invenio mutuom; Ps. 974 *salvus sum:* jam philosophatur; Rud. 442, 1394, Amph. 331.

B. Prior sententia respondet *causali* enuntiationi.

Ratio causalis aut *nullo vocabulo* significatur aut talibus, qualia sunt **eo, id, proin, propterea, ob eam rem, propter eam rem:** Rud. 904 uxor vocat me ad prandium: redeo domum; 1283 abjudicata a me modost Palæstra: perditus sum; Most. 204 solam ille me soli sibi suo ære liberavit: solam me soli censeo esse oportere opsequentem. — Rud. 93 spem deserere nolui: *eo* vos detinui diutius; Most. 788 seni non erat otium: *id* sum opperitus; Men. 784 vivere hic non possum neque durare ullo modo: *proin* tu me hinc abducas; St. 180 per caram annonam dixit me natum pater: *propterea*, credo, nunc adessurio acrius; B. 684 hunc suspicabar: *ob eam rem* aurum reddidi meo patri; Cas. 278 subolet hoc jam uxori quod ego machinor: *propter eam rem* magis armigero dat operam.

Parataxis explicativa. Cas. 584 vitium tibi istuc maxumumst: blanda's parum; Truc. 1, 2, 88 hoc nobis vitium maxumumst: quom amamus tum perimus; Ps. 1250 magnum hoc vitium vinost: pedes captat [1]; cfr Merc. 596 id illi vitium maxumumst, *quod* nimis tardus est advorsum mei animi sententiam (cfr *quod explicativum* p. 17. 1. a.)

2. Parataxis consecutiva.

A. Post verba ac locutiones, quæ significant göra, ske vel tale aliquid (cfr p. 28, 29): *facio*, *impetro*, *adigo*, *fit*, *contingit*, *optingit*, *potis est*, *decet*, *opus est*, *optumum est*, *necesse est*, *licet*.

Facio.

Faxo ita sæpissime usurpatur; in sententia, quæ respondet sententiæ consecutivæ, ponitur

a. *Futurum simplex.* Amph. 355 accipiere *faxo;* 997 *faxo* deludetur; 1107 magis jam *faxo* mira dices; As. 749 horrescet *faxo* lena; 131 ibi nomina *faxo* erunt; B. 506 *faxo* hau dicet nanctum quem delusserit; 715 *faxo* hic erunt; 831 *faxo* jam scies; Capt. 1010 liber in divitias

[1] possunt hujus generis exempla etiam ad paratax. **consecutivam** referri (cfr p. 30); Nep. 3, 3 est hoc commune vitium —, **ut** invidia gloriæ comes sit.

faxo venies; Cas. 484 vir aberit *faxo* domo; Curc. 587 quingentos pro uno *faxo* reperies; Ep. 156 jam *faxo* hic erit; 469 tuas possidebit mulier *faxo* ferias; 656 cetera posterius *faxo* scibis; 712 *faxo* scies; Mil. 463 *faxo* erit; 1367 *faxo* dices; Men. 326 jam ego hæc madebunt *faxo;* 468 *faxo* dices; 561 manufesto *faxo* jam opprimes; 661 *faxo* referetur; 792 ob istanc industriam etiam *faxo* amabit amplius; 950 potabis *faxo;* 956 jam ego illic *faxo* erit; Pers. 1, 3, 81 jam *faxo* hic aderunt; 2, 2, 13 laudabis *faxo;* 3, 3, 35 jam *faxo* hic erit; 3, 42 jam hic *faxo* aderit; Ps. 49 ex tabellis jam *faxo* scies; 387 temperi ego *faxo* scies; 393 jam hic *faxo* aderit; 1039 hau multo post *faxo* scibis; 1043 hau multo post *faxo* amplexabere; 1328 plus etiam *faxo* feres; Poen. 173 ego *te* jam *faxo* scies; 162 utrumque *faxo* habebit; 371 *faxo* dabit; 460 *faxo* erunt; 908 disperibit *faxo*; 910 conlibertus *faxo* eris; 1154 *faxo* — laudabitis; 1191 faciet *faxo;* 1228 *faxo* eris; 1227 *faxo* scibis; Rud. 365 scibis *faxo;* 578 exarescent *faxo;* 1351 *faxo* exibit; Truc. 2, 4, 74 *faxo* aderit; 2, 2, 48 apud hos — *faxo* erit nomen tuom; Ter. And. 854, Eun. 285, 663, Ph. 308, 1055.

b. *Præsens conjunctivi*[1]. Amph. 589 quoius ego in tergum *faxo* ista expetant mendacia; 972 *faxo* haut sit; B. 864 *faxo* se hau dicat nanctam quem derideat; Asin. 876 *faxo* hominem opprimas; 902 *faxo* scias; Most. 68 ervom tibi aliquis cras *faxo* adferat; 1133 ego ferare *faxo* in crucem; Men. 539 et palla et spinter *faxo* referantur; 644 *faxo* scias; 114 *faxo* visas; Ps. 949 *faxo* magis dicas; Trin. 62 tu hercle *faxo* hau nescias; 882 mea itinera ego *faxo* scias; Truc. 2 8, 13 *faxo* dicat; Ter. Ad. 209, 846.

c. *Futurum exactum* vel *perfectum conjunctivi.* Aul. 578 *faxo* operam perdiderit; Capt. 801 *faxo* vitæ opstiterit suæ; Men. 520 *faxo* haud inultus prandium comederis; cfr id quod nostri dicunt: *detta skall du ej ha gjort för intet* (= det, som du har gjort, skall ej blifva ostraffadt); Poen. 346 *faxo* constiterit; Trin. 60 *faxo* dederis; Ps. 766 oppidum expugnatum *faxo* erit lenonium.

Faxim. Amph. 511 ego *faxim* ted Amphitruonem *malis* esse quam Jovem; Aul. 494 *faxim* muli *sint* viliores; Merc. 814 *faxim* plures viri *sint* vidui; Truc. 1, 1, 48 *faxim sint;* Amph. 632 utinam di *faxint,* infecta *eveniant;* Trin. 221 pauci *sint faxim* qui sciant; Pers. 1, 2, 21 si id fiat, næ isti *faxim* nusquam *appareant.*

Fac, face, facito. Amph. 976 huc *fac adsis* Sosia; Ps. 157; St. 47 *memineris facito;* Pers. 3, 3, 41; Ter. Eun. 189, 196, 311, Ad. 511, 813.

Aliæ formæ (raro). St. 177 paupertas *fecit* ridiculus *forem;* Amph. 63 *faciam sit* tragicomoedia.

Impetro, adigo. Trin. 591 tandem *impetravi abiret;* Rud. 681 vim mi *adigit adferam* ipsa.

Fit, optingit, potis est; neutrum pronominis demonstrativi sæpe additur. Most. 108 *illut* sæpe *fit:* tempestas venit, confringit tegulas; As. 191 *hoc fiet:* — tibi dono dabo; Trin. 913 *fieri istuc* solet: quod in manu teneas atque oculis videas, id desideres; Capt. 558 *fit* quod dixi: gliscit rabies; B. 951 adsimiliter mi hodie *optigit*: vinctus fui, set dolis me exemi; Pers. 2, 4, 26 potin', abeas? Cas. 731.

Decet, opus est, optumum est, necesse est, licet. Poen. 21 *decet* animo æquo nunc *stent* vel dormire *temperent;* Merc. 1004 *nihil opust resciscat;* As. 448 nunc *adeam optumumst;* Ep. 59; Poen. 1244 mihi patronus *sim necessest;* Truc. 4, 3, 43; Merc. 989 eam ut volt per me sibi *habeat licet.*

B. Post vocabula demonstrativa.

1. Pronomen *demonstrativum;* jungitur sæpissime cum substantivo ita, ut enuuntiatio posterior significet, in quo posita sit ea, quæ antecedit notio, et qua re cernatur (cfr p. 30). Capt.

[1] quod Madvigius (opusc. acad. 2, 77 sqq.) *conjunctivum præsentis* conjunctum cum *faxo* in *futurum* mutavit, id audacius est, præsertim quum aliæ quoque formæ verbi **facere** paratactice jungantur cum conjunctivo (cfr Lübbert. "Der Conjunctiv Perfecti und das Fut. ex. im älteren Latein" p. 101).

98 occepit *quæstum hunc* inhonestum: captivos conmercatur; 232 *morem hunc* homines habent: quod volunt, dum impetrant sibi, boni sunt; Men. 338; Most. 115 *morem hunc* induxerunt: — mantant; St. 181 generi nostro *hæc* redditast *benignitas:* nulli negare soleo, siqui essum vocat; Merc. 115 *hæc* hic *discipulina* pessumast: currenti hau quisquam dignum habet decedere; Ep. 363 *astutiam hanc* institui: deveniam ad lenonem; Mil. 237; 33 venter creat omnis *has aerumnas:* auribus perhauriendumst, ne dentes dentiant; B. 546 unum *hoc* ex ingenio malo *malum* inveniunt suo: nulli amici sunt, inimicos ipsi in sese omnis habent; Merc. 1019 cum eo nos *hac lege* agemus: inscitum arbitrabimur; Men. 102 *tantas* struices concinnat patinarias: standumst in lecto, si quid de summo petas; Capt. 227; B. 333; Mil. 1166 *nisi* modo *unum hoc:* hasce esse ædis dicas dotalis tuas (cfr p. 30. 2.). Ter. Eun. 102; Cic. Att. 13, 21, 5 *tantum* aberat ut binos scriberent: vix singulos confecerunt; Fin. 5, 57 (cfr Madv. § 440 anm. 1).

2. Adverbium *demonstrativum: ita, sic, tam.*

Ita = *på sådant sätt, till den grad.* St. 525 *ita* familiarem rem uxor curavit meam: omnium me exilem atque inanem fecit ægritudinum; As. 390 *ita* hæc moratast janua: extemplo janitorem clamat; Ps. 881—84, 1235; Cas. 344; Mil. 1047 *ita* me occursant multæ: meminisse hau possum; Aul. 468 *ita* mi pectus peracuit: capio fustem, obtrunco gallum; Most 146 *ita* tigna umide hæc putent, non videor mihi sarcire posse ædis meas; Capt. 502 *ita* me miserum restitando lassum reddiderunt: vix ex gratulando miser jam eminebam; Men. 94 *ita* istæc nimis lenta vincla sunt escaria: quam magis extendas, tanto adstringunt artius; Ter. Ad. 839.

Ita pro **talis** sæpe adhibetur (cfr p. 58 Adn. 2). St. 626 *ita* ingenium meumst: quicumvis depugno multo facilius quam cum fame; Pers. 4, 6, 25 *ita* sunt Persarum mores: longa nomina habemus; 5, 2, 62 *ita* pars libertinorum est, nisi patrono qui advorsatust, nec satis liber sibi videtur, nec satis frugi; Poen. 811; Men. 377; Curc. 300; Ps. 1004; St. 744; Ter. Ph. 172, Ad. 143.

Sic, tam (raro). Rud. 928 nunc *sic* faciam, *sic* (= tale) consiliumst: ad erum veniam docte, astute, pauxillatim pollicitabor pro capite argentum; Cas. 341 *sic* agam: coniciam sortis in sitellam (cfr As. 455; p. 30, 3); Mil. 237, Merc. 266; Ter. And. 62. B. 820 *tam* nil sapit nec sentit: tantist quantist fungus putidus.

Conjunctivus (condicionalis, jussivus) vel *imperativus* in posteriore sententia. St. 295 *tantum* a portu adporto boni, *tam* gaudium grande adfero: vix ipsa domina hoc, si sciat, exoptare ab dis *audeat;* Merc. 590 *ita* mi in pectore atque in corde facit amor incendium: *ni* oculi lacrumis *defendant,* jam *ardeat* credo caput; Poen. 322 vigilante Venere si veniant eæ, *ita* sunt turpes, credo ecastor Venerem ipsam e fano *fugent;* Amph. 959 *ita* servom par videtur frugi sese instituere: proinde eri ut sint, ipse item *sit;* Ps. 138 *hæc* habent *consilia* (deras grundsats är): ubi data occassiost, *rape clepe tene, harpaga bibe es fuge;* Cist. 4, 2, 104 *sic* faciundum censeo: *da* isti cistellam et intro abi; Truc. 2, 4, 75.

Omittitur prædicatum nonnumquam in poster. sent. Amph. 1061 *ita* eræ meæ hodie *contigit:* nam ubi partuis deos sibi invocat, *strepitus, crepitus, sonitus, tonitrus.*

Adnot. Sæpe difficile est statuere, utrum vocabulum demonstrativum ad posteriorem sententiam an ad ea, quæ antecedunt, sit referendum. Ep. 82 nisi quid tibi in tete auxilist, absumptus es: *tantæ* in te inpendent ruinæ. nisi suffulcis firmiter, non potes subsistere: *ita*que in te inruont montes mali (Veisius: absumptus es. tantæ — ruinæ: nisi — subsistere, itaque —) Ps. 136; Cist. 2, 1, 7 sqq.

3. Parataxis finalis.

Hujus generis parataxis adhibetur post verba **voluntatis** ac **studii** (cfr. p. 36—37): *vilja, önska, besluta, befalla, tillåta, sörja för, bedja uppmana, råda, akta sig*[1].

[1] cfr nostrum: **kom hit, säger jag dig; jag beder dig: mottag min ursäkt.**

a. **Volo, nolo, malo, lubet.** Mil. 546 erum exhibeas *volo; vin* jam faciam? As. 647; Rud. 662 nimis *velim* in probissumo homini malas edentaverint; St. 312 *vellem* fugissent; Ps. 1121 leno argentum hoc *volo* a me accipiat; Truc. 2, 5, 28 nunc ecastor venerit miles *velim;* Ter. And. 388, Ph. 449; Hor. Sat. 1, 5, 51; 1, 3, 41. Most. 1176 *nolo* ores; Ter. And. 819. Ps. 209 taceas *malo* multo quam tacere dicas; B. 1047 Ephesi multo *mavellem* foret; Ter. Haut. 928. Ps. 1054 *lubet* nunc veniat Pseudulus.

b. **Decerno, conjuro, jubeo, dico, edico, prædico, conclamito, eloquor, sino, concedo, do.** Poen. 501 profestos festos habeam *decretumst* mihi; Merc. 536 inter nos *conjuravimus*, neuter stupri causa caput limaret; Rud. 708 *jube* modo accedat prope; St. 396 *jube famulos* rem divinam mi adparent; Men. 955 tu *servos jube* hunc ad me ferant; Ter. Haut. 737. St. 624 *dixi* equidem in carcerem ires; Mil. 159 nunc *edico* omnibus: quemque videritis hominem — huc *deturbatote* in viam; Merc. 47 *conclamitare* tota urbe et *prædicere*, omnes timerent mutuitanti credere; Truc. 4, 3, 65 *eloquere* hæc eræ tu, puerum reddat, si quis eum petat; Mil. 1084 *sinite* abeam; 1244 *sine* ultro veniat; 44 satietas belli quia erat, *sivi* viverent; As. 460 si non volt, sic *sine* astet; Ps. 477 jam sic *sino* iratus sit; Ter. And. 622; Hor. Ep. 1, 16, 70. Amph. 11 id jam scitis *concessum* et *datum* mi *esse* ab dis aliis, nuntiis præsim et lucro.

c. **Video, adcuro, oro, rogo, quæso, opsecro, amabo** (= amanter rogo), **moneo, suadeo, censeo, caveo.** Men. 352 *vide*, quod opust, fiat; Amph. 629; As. 755 adde et scribas *vide* plane et probe; B. 550 *adcuratum* habuit quod posset mali faceret in me; Amph. 923 *oro, opsecro* te, da mi hanc veniam; Merc. 995; Ter. Eun. 912. Pers. 4, 4, 83 tactust leno, qui *rogarat*, ubi nata esset, diceret; Amph. 1097 *quæso*, absolvito hinc me extemplo; Mil. 568 nunc hoc mi ignosce, *quæso;* B. 997 ducentos Philippos *quæso* Chrusalo da; Capt. 432 set, *te quæso*, cogitato hinc mea fide mitti domum te; As. 462. Ter. Ph. 141, Ad. 190, 808. As. 688 *opsecro te*, utrumque nostrum serva; B. 203 dice ubi ea nunc est, *opsecro;* As. 473 da *opsecro* argentum huic; Aul. 683. B. 1026 da mihi ducentos Philippos, *te opsecro;* As. 672 age, mi Leonida, *opsecro*, fer amanti ero salutem; Ter. Ad. 155, Haut. 432, 339; Hor. Ep. 1, 7, 94. As. 894 dice *amabo*[1], an anima foetet uxoris tuæ; 939 de palla memento, *amabo;* Poen. 250; 370 noli, *amabo*, suscensere ero meo; Ter. Eun. 150, 663; Cic. Att. 2, 2, 1. Rud. 28 *moneo* vos: *retinete* porro; Ter. Hec. 766; Trin. 681 meam sororem tibi dem *suades* sine dote; 644 facias ipse quod faciamus *nobis suades;* Merc. 1015 dicamus senibus legem *censeo* prius quam abeamus; St. 285 *cave* quemquam flocci feceris; Mil. 1124 istuc *cave* faxis; Capt. 439, Rud. 704. Ter. Haut. 187, 826. Hor. Sat. 2, 3, 38.

Parataxis pro **adverbiali** *sententia finali* (cfr p. 33) nonnumquam adhibetur. St. 757 jam vos *date* bibat tibicini; Most. 373 *cedo* bibam; 849 *mane* sis videam; Truc. 2, 4, 16; Curc. 313 *da* opsecro hercle, opsorbeam.

4. Parataxis condicionalis et concessiva.

A. Parataxis condicionalis.

In sententia, quæ respondet condicionali sententiæ, ponitur

a. **Indicativus** (non sæpe). Ps. 863 si iste ibit, ito: *stabit*, astato semul. si conquiniscet, istic conquiniscito; Rud. 1068 *habeo, non habeo* (= sive habeo sive non habeo): quid tu me curas quid rerum geram? Most. 873 *boni sunt*, bonust; *inprobi sunt*, malus fit[2]. Ter. Eun. 252 *negat quis:* nego; *ait:* aio; Hor. Ep. 1, 1, 33, 87. Virg. Aen. 1, 572 *vultis* et his mecum pariter considere regnis: urbem, quam statuo, vestra est.

---

[1] **amabo** etiam ad *condicionalem* parataxim referri potest: ***propera, amabo skynda*** (= om du skyndar), ***så skall jag hålla af dig*** (= bli dig mycket förbunden) i. e. ***skynda, kära du!***

[2] sic Lorenz. et Bergk.; cfr Lor. Most. Kritische Anmerkungen v. 859; aliter Ritschl.

b. **Conjunctivus** (raro). Trin. 441 hic *postulet* (= si hic postulet) frugi esse: nugas postulet; Ps. 1015 argentum *des*, abducas mulierem; Ter. Haut. 487 dare *denegaris:* ibit ad illud ilico quo maxume apud te se valere sentiet; Hor. Ep. 1, 16, 54.

c. **Imperativus** sæpissime; *futurum* in altera sententia poni solet. Rud. 1007 verbum etiam *adde* unum, jam in cerebro colaphos apstrudam tuo; 1010 *tange:* adfligam ad terram te itidem ut piscem soleo polypum; 1088; Rud. 386 *i* sane in Veneris fanum huc intro: sedentem flentemque opprimes; As. 350, 723, 876, Mil. 520; Ps. 49; B. 1023 en *specta:* tum scies; Curc. 138 tu me ne sitiam *curato:* ego tibi jam quod amas huc adducam; Merc. 770; Rud. 729; Merc. 140 at edepel tu calidum picem *bibito:* ægritudo abscesserit. — Truc. 1, 2, 20 scies: *respice* huc.; 22; Ep. 289.

B. Parataxis concessiva *(adversativa).*

In sententia, quæ respondet sententiæ concessivæ, ponitur

a. **Indicativus.** Most. 534 a mani ad noctem usque in foro *dego* diem: locare argenti nemini nummum queo; Trin. 440 ego quoque *volo* esse liber: nequiquam volo; Rud. 1291 istic scelestus liber *est:* ego qui excepi vidulum, ei dare negatis quicquam; 22; Amph. 816 tute *edictas* facta tua: ex me quæris, quid deliqueris? Ter. Ad. 188; And. 229;. Hor. Sat. 1, 3, 127.

b. **Conjunctivus** vel **imperativus.** Truc. 2, 7, 20 *des* quantumvis, nusquam adparet neque datori neque acceptrici; Cic. Verr. 5, 1, 4 *sit* fur, *sit* sacrilegus, *sit* flagitiorum omnium princeps; at est bonus imperator; Rud. 1401 *vel hercle enica:* non tacebo; Ep. 33 *sine* perdat: alia adportabunt Nerei ei filiæ; Ter. Haut. 1012; Hor. Sat. 2, 3, 69.

5. Parataxis comparativa.

Apertissima hujus generis exempla sunt ea, in quibus agitur de **contestationibus** (cfr p. 59, 3 *ita* me di *ament, ut* —). In posteriore sententia *indicativus* (raro *conjunctivus)* adhibetur. Mil. 725 *ita* me di deæque *ament*, æquom *fuit;* Curc, 574 at *ita* me machæra et clupeus bene *juvent* pugnantem in acie: nisi mi virgo redditur, jam ego te *faciam* ut hic formicæ frustillatim differant; St. 685 *ita* me di ament, lepide *accipimur*, quom hoc recipimur in loco; Most. 170; 754 *ita* me di ament, numquam enim *fiet* hodie hæc quin saltet tamen; Poen. 504 *ita* me di ament, tardo amico nihil *est* quicquam inæquius; Amph. 597 neque, *ita* di me *ament*, *credebam* primo mihimet Sosiæ; — Trin. 447 *ita* me *amabit* Juppiter, neque te derisum *veni* neque dignum *puto*, Most. 520 *ita* me di *amabunt*, mortuom illum *credidi* expostulare; Ps. 943 Ps. *ita* me di *ament*... *Si. ita non facient:* mera jam mendacia *fundes de skola ej göra det* (hjelpa dig), *lika visst som det är idel lögner, som du nu skall ösa ur dig.* Ter. Eun. 474, 615, 882, Hec. 258, 106; Cic. Fam. 2, 13, 3 nam, *ita vivam, putavi.*

Poen. 827 *ita* me di *ament*, vel in lautumiis vel in pristino *mavelim* agere ætatem —, quam servitutem colere.

exclamatio pro sententia comparativa. Trin. 1024 *ita* me di *ament, graphicum furem;* Pers. 4, 4, 89 *ita* me di bene *ament, sapienter!*

Sunt etiam alia exempla, in quibus *parataxis comparativa* adhibeatur. B. 950 doli ego deprænsus sum: ille mendicans pæne inventus interiit (cfr 949); 952, 953—956; cfr 963—964.

6. Parataxis pro accus. c. infinitivo.

Sæpissime fit, ut verba sentiendi et dicendi *(scio, novi, audio, video, sentio, intelligo; credo, opinor, censeo, cogito, spero; dico, fateor, moneo, promitto)* — plerumque in prima pers. sing. præsentis indicativi ponuntur — non solum, id quod ne apud solutæ quidem orationis scriptores

rarum est, inserantur per parenthesim in sententiam, sed etiam ante sententiam aut post eam ponantur[1].

a. **Scio, novi, audio, video, sentio, intelligo.** As. 790 *scio*, captiones metuis; Amph. 703 *non tu scis*, Bacchæ bacchanti si vis advorsarier, ex insana insaniorem facies; Ps. 511 *certe edepol scio:* si abstuleris, mirum facinus feceris; Ps. 649 *scio equidem:* qui argentum adferret, cum eo aiebat velle mitti mulierem; B. 254 *quia edepol certo scio*, Volcanus Luna Sol Dies, di quattuor, scelestiorem nullum inluxere alterum; Most. 1081, As. 215, 503, Trin. 752, B. 635, 1079; Ter. And. 653, 929, Ph. 137, 636, Hec. 656. — Men. 325 non edepol tu homo sanus es, *certo scio;* As. 817 ad illam ibo, quam tu, nisi illa ante occupassit te, ecfliges *scio;* Men. 599, Rud. 744, B. 634, Capt. 971; Ter. Eun. 628, Haut. 254, Hec. 756, Ad. 339, 526. Curc. 53 semper, *tu scito*, flamma fumo proxumast; As. 378 tu jam, *scio*, patiere; Poen. 1135 pol satis, *scio*, inpetrarunt, quando hic adest; Ps. 1056 conceptis verbis satis certo *scio ego* perjurare me mavellem; Most. 96, Poen. 1209; Ter. Hec. 67, 234, 350. — Rud. 373 *novi*, Neptunus ita solet. — Mil. 1265 nescio tu hoc *audiveris* an non: nepos sum Veneris; Merc. 378; Ter. And. 228. — Rud. 1331 necessumst, *video;* Pers. 2, 4, 13; Ter. Eun. 714, Hec. 770; Hor. Sat. II, 2, 35, Ep. I, 14, 21. — Mil. 1377 et, *sensi*, hinc sonitum fecerunt fores; Ps. 466 jam pridem tu me spernis, *sentio;* Ter. And. 436. — B. 50 *intellego*, duæ me unum expetitis; Pers. 5, 2, 23 ludos me facitis, *intellego*.

b. **Credo, opinor, censeo, cogito, spero.** B. 106 *credo* timida's; Curc. 129 *hercle credo*, hodie pluet; Merc. 207 *credo*, non credet pater, si illam me emisse dicam; Ps. 981 *credo*, in tenebris conspicatus si sis me, apstineas manum; Capt. 961 *credin* pudeat *skulle jag väl blygas, tror du?* Ps. 952, Ep. 535, Most. 1080, 441, Aul. 204, Merc. 177; Ter. And. 313, Eun. 98, 79, 163; Hor. Sat. II 7, 68; Cic. Cat. I, 5. — Trin. 527 consuadet homini, *credo;* Ep. 257 aut jam hic aderit, *credo hercle*, aut jam adest; Men. 450 abiit ad amicam, *credo;* Men. 182; Ter. Ph. 140, Hec. 855. — Rud. 887 illic in columbum, *credo*, leno vortitur; Trin. 61 nempe enim tu, *credo*, me obrepseris; Ps. 415 si de amatoribus dictator fiat, nemo anteveniat filio *credo* meo; B. 34, Merc. 591; Ter. Eun. 468, Hec. 704. — *Crede mihi* (mihi crede) non invenitur apud Plautum. Ter. autem: Ad. 101. — Trin. 869 *hercle opinor* mi agitandumst vigilias; As. 151 *opinor* hic ante ostium loquar quæ volam; Trin. 422 *pol opino* adfinis noster ædis vendidit; Mil. 417; Hor. Sat. I, 3, 53. — Merc. 335 homo me miserior nullus est æque, *opinor;* Hor. Ep. 2, 2, 17; B. 774 atque hic quidem, *opinor*, Chrusalust; Rud. 999; Ter. Haut. 693, Ph. 616. — Rud. 1269 *censen* hodie despondebit eam mihi, quæso? Ter. Haut. 588, And. 578; Hor. Ep. 1, 14, 44. — Most. 216 hoc unum facito *cogites*, si illum inservibis solum, in senecta male quærere; St. 519, Aul. 379; Ter. Eun. 759, Ad. 500. — Ep. 124 *spero*, servabit fidem; As. 917 exorari *spero* poterit ut sinat; Ter. And. 314, Haut. 553.

c. **Dico, fateor, moneo, promitto.** Ep. 668 *dico* ego tibi nunc ut scias: alium te tibi comitem meliust quærere; Truc. 2, 2, 44, Most. 757, Cist. 1, 1, 62, Ps. 119. — Mil. 679 nam mihi deum virtute *dicam* (skall jag säga) propter divitias meas licuit uxorem dotatam genere summo ducere; Trin. 346; As. 491 hoc nunc *dixerim:* nemo etiam me accusavit merito meo; Rud. 735 *fateor*, ego trifurcifer sum; Ps. 913 fuit meum officium ut facerem, *fateor*. Rud. 285, Merc. 982; Ter. Haut. 158, 644, Ad. 188. Ph. 700 (concedo), Ad. 798 (non nego). — Most. 196 *moneo* ego te: te ille deseret aetate et satietate. — St. 480 unum *promitto* tibi: lubens accipiam, si promisseris.

Adnot. Enuntiationes condicionales sæpe junguntur paratactice cum verbo **sentiendi** *vel* **dicendi,** *quod* **semper** *fit, quum sunt* **irrealis** *generis* (cfr p. 48 Adn. 3). Trin. 832 absque foret te, sat

[1] nos nostro in sermone utimur eadem libertate: "**jag vet, jag handlat** oförsigtigt, **jag vet, du sörjer** mig uppriktigt;" han har sjelf sagt det, **vet jag** *(jag vet)*; skall han göra det, **tror du** *(du tror)?* jag har gjort det, **säger jag** *(jag säger)*.

scio in alto distraxissent disque tulissent satellites tui miserum; Aul. 742 ni vellent, non fieret, *scio;* Trin. 115 hæc, si mi inimicus esset, *credo* haut crederet; Men. 239 si acum, *credo*, quæreres, acum invenisses; B. 486 si opperiri vellem, plus vidissem *opinor* quam æquom foret; B. 635 si mihi sit, non pollicear. *Mn. scio*, dares; As. 502 si esses percontatus me ex aliis, *scio* pol crederes nunc quod fers; Ter. And. 578, Hec. 129.

Certum est, certa res est *(det är säkert =)* **det är mitt beslut;** *futurum*, raro *præsens* in altera sententia ponitur. Amph. 1048 *certumst*, intro *rumpam* in aedis; Merc. 472 *certumst, ibo* ad medicum; 546, Aul. 676, 681; As. 248; Capt. 778 nunc *certa res est*, *conjiciam* in collum pallium; Merc. 658 hoc mihi *certissimumst: eo* domum. Apud Terentium *certum est* paratactice non ponitur.

3 2044 058 232 687

THE BORROWER WILL BE CHARGED AN OVERDUE FEE IF THIS BOOK IS NOT RETURNED TO THE LIBRARY ON OR BEFORE THE LAST DATE STAMPED BELOW. NON-RECEIPT OF OVERDUE NOTICES DOES NOT EXEMPT THE BORROWER FROM OVERDUE FEES.

WIDENER
BOOK DUE
CANCELLED
JAN 1 9 1998

WIDENER
WIDENER
OCT 2 5 2002
OCT 0 8 2002
CANCELLED
BOOK DUE